Ad quartam nego maiorem. 1° ob proxime dicta: nemo non potest in alio ut capite mereri; ut ex ipso Adami exemplo declaravimus: filii non Adami solum demeriti sumus iustitiam originalem, quae nobis independenter a pacto, sive institutione Dei constituente Adamum Soiz caput nobis erat indebita; non vero sumus demeriti aliquod donum aliunde nobis debitum: ergo sicut per peccatum originale ex uno capite derivatum non sumus demeriti bonum nobis aliunde debitum, ita neque per bonum actum Dei, vel alterius ut capitis, possemus mereri bonum nobis aliunde indebitum; at contra nec praemium: nam solum bonum aliunde indebitum potest tribui praemium. 2° Et possit quis in Deo vel in altero ut in capite merenti, non tamen potest plus mereri, quam mereret suo vel maximo opere personali; sicut nemo potest in altero ut in capite plus, imo nec tantum demereri, quantum demereret si ipse peccato personali violaret Dei legem, et is, qui erat constitutus caput mali, imo infinita cum Deum offenderet. Unde si dilectio Dei personalis, pura taeque

ñ poẽ ẽe condigna satisfactio pro mortali alterius, per hoc dm̃
nec dilectio Dei in Deo vel in altero ut capite
poẽ ẽe æqualis satisfactio. Ratio ẽ, quia opera
capitis ~~...~~ applicant membris ipse per
ipsorum capacitatem, et loco operum, quæ per-
sonaliter possent elicere; ac proinde eam vim me-
rendi et satisfaciendi sunt, quam opera perso-
nalia haberent, quorum loco substituuntur.

Sec. 9

Eiusdem instituti prosequutio.

Obiiciunt 5.º ex Dc. Comint. Non repugnat creata non re-
pugnat actus charitatis infinitus ab infinitis
gratiæ habitualem dignificatus; sed iste actus haberet
infinitam vim satisfaciendi pro alieno peccato.
ergo non repugnat, quod pura creatura plene satisfaciat
pro alieno peccato. Maior supponit vel ut certa,
vel ut opinio probabilis, sic admittenda ex hy-
pothesi ad indagandum: an possit pura creatura
satisfacere ad æqualitatem pro peccato mortali
alieno. Minor vero suadetur, quia ille actus non minus
placeret Deo, quam actus finitus Christi Domini; sed iste
plene satisfacit pro alienis peccatis: ergo et ille. 2.º quia
ille actus non valet remunerari per præmia colla-
ta subiecto creato, siquidem ipsa habere infinitam gratiam et
beatitudinem supponit: ergo digna ẽ ut remune-
ret per remissionem peccati ex gratia alteri conces-
sam; præsertim cum etiam ~~...~~ foret præmiis
inferius: nam præmium collatum alteri à me-
rente semper ẽ inferius, quam præmium collatum
ipsi merenti; siquidem hoc semper ẽ illi melius,
quam quodvis donum intrinsece ipsius alteri
datum. 3.º cum quævis gratia finita non foret suffi-
ciens præmium actus infiniti per infinitam
gratiam dignificati.

Res 1.[o] neg.[do] minorem. Deinde

q rones, quibus sub. §. ... ostendi infini-
tum in actu creatum sive quantitatis, sive quali-
tatis esse impossibile, persuadent esse impossibilem gratiam
et gloriam graduatam infinitam.

Res 2.[o] omissa maiori, ne-
g.[do] minorem: nam cum ille actus esset infinitus
infinitate quae dignificatur proveniret a perso-
na finita, ut obiiciens supponit, ac proinde pro-
veniret a persona, quae non erat adeo aequalis
Deo offenso, ac erat ipsi Deo inaequalis creatura
offendens, non posset esse satisfactio aequalis of-
fensae. Minor: etenim sicut ex vilitate et inaequa-
litate offendentis augetur offensa; ita ex vilitate
et inaequalitate satisfacientis decrescit satisfac-
tio: quapropter cum ea creata satisfactionis quae si
nihil foret in d.[a] aestimatione, quilibet eius actus
esset infinitae intensionis sive etiam creata infinite
iusta elicientis, satis foret non gravius offensae
Dei, in cuius aestimatione quodvis peccatum mor-
tale gravius offensa est, et ordinis superioris.

Dices: multa ordinis superioris posse aequari
per alia ordinis inferioris saepius multiplicata:
vg. augmentum quod est ordinis inferioris adaequ-
tum, itaque potest augeri ut plures habeat: quaedam
operatio minutissima auxi: et actus misericor-
diae saepius repetiti possunt valere actui charitatis
quae est se altioris ordinis: idque etiam si q
excessus non est notabilis; at vero quando excessus val-
de notabilis est, in ordine adeo superiori collo-
cat res finita non alterius, ut nulla eius mul-
tiplicatio sit sufficiens ad inducendam aequa-
litatem: vg. visio Dei ita [etiam finita] excedit visiones creaturae
ut quantumcumque ipsae multiplicentur, et intensi-

tant, non valeant eam consequi: et merita naturalia etiam si multiplicentur et intendantur in infinitum non possunt esse aequalia merito supernali etiam finito: item sustineri in obsequium parum nec Deo oblatis nec offensis ipsi Deo ingratis.

Nec aliud persuadent rationes in probationem minoris adductae: non 1.a quia ... est falsa. non 2.a quia esse opera possent remunerari per alia dona supernaturalia, vel per auxilia efficacia ad conservandam gratiam: et per satisfactionem ... actionum ... ergo infinitis gradibus gratiae et gloriae esset vanatus non posset in se remunerari, posset tamen in aliis, nunquam tamen posset condignam et aequalem satisfactionem pro peccato mortali adhibere.

Arguunt 6 cum ... Vasquez. Peccatum mortale non est vera et propria iniustitia, sive iniuria Dei: etenim cum peccamus Deum, in eius bonis ... nec violatio legis, quae non sunt in favorem legis latoris, nec ordinatur ad augendam eius auctoritatem, sed ad bonum commune subditorum, non reputatur iniuria legislatoris; ac proinde nec ... ad incrementum dignitatis legislatoris; cum leges Dei non ordinentur ad bonum Dei, quia nostra opera, quae sunt materia legis, nihil boni aut mali intrinseci possunt Deo afferre, sed solum in ordinem hominum, violatio legis Dei, non est propria Dei iniuria, nec tenuit ad incrementum Divinae Maiestatis: satisfactio non est ... nec Dei per modum restitutionis, nec obligat ex iustitia, sed per modum obedientiae, sed hoc ... ut nulla Dei superioritas offensa ... satisfactionem ... non

tat

Disp. 5ª

An Dei incarnati fuerit necessaria ad merendum de condigno gratiam remissivam peccati.

Sect. 1ª

Vera sententia proponitur et probatur

Ex his qui iudicant posse esse puram creaturam aequalem satisfactionem pro peccato mortali, et ex iis qui eam aequalem satisfactionem negant, P. Dissp. de ente supernali disp. 96 sect. 5. Ut sine formidine, et ibi seclusa formidine P. Suarez disp. 2 & 5 et apud ipsum plures. Concedunt meritis puræ creaturæ condignum gratiæ remissivæ peccati mortalis, ac proinde hominem iustum in extraordinaria Providentia Dei posse mereri de condigno gratiam iustificantem alteri, non solum innocenti, et non peccatori, sed etiam peccatori, et consequenter non esse necessariam Dei Incarnationem, ut homo per suum mereri de condigno liberet a peccato mortali, ut fit necessaria ut liberet per modum satisfactionis. Idem vero meritum negant P. Vasq. disp. 8. P. Card. de Lugo disp. 5 sect. 5, P. Alderete, P. Arriaga sect. 7, et communiter nostri Doctores.

Mediam viam ingrediuntur alii docentes quod possit purum hominem iustum alteri mereri de condigno condignitate solum, seu metaphysica et proportionis, non vero condignitate arithmetica et aequalitatis remissionem peccati mortalis. Ita Eximius D. Suarez disp. 4 sect. 7 idemque iudicium ferunt de satisfactione, ut disp. proxime praecedenti notavi, et apud ipsum P. Mag. et alii quibus subscribunt P. P. Granadus, Tan. et Disp. ca et alii.

Sit 1ª conclusio. Pura

cre

circa quantumcumque iusta non posse mereri a-
liis de digno condignitate Arithmetica et aequalita-
tis remissionem peccati mortalis. Probatur 1.º autho-
ritate. quia Patres Ecclesiae eodem modo loquuntur de
satisfactione, ac de merito; et defectu satisfacti-
onis et meriti aequalis absolute asserunt fuisse
necessariam Dei Incarnationem ad obtinendam remis-
sionem peccati mortalis: audiamus S. Leonem
serm. 12 de Pass.: quia primi hominis universa
posteritas uno simul vulnere sauciata cor-
ruerat, nec ulla sanctorum merita additi-
onem poterant illius mortis criminis. Con-
sonat D. Fulgentius c. 4 de Incar. et gra.: nul-
latenus humana natura ad auferendum pecca-
tum mundi sufficiens, atque idonea fieret
nisi unione verbi Divini; sed si meritum pu-
ri hominis esset dignum condignitate Arithmetica
ad merendum remissionem peccati morta-
lis, humana natura esset sufficiens et idonea ad au-
ferendum peccatum mundi; ergo.

Probatur 2.º ratione. quaelibet causa seu phy-
sica, seu moralis. Ut contineat aliquem effec-
tum, non posse illum absolute causare, nisi habeat
simul virtutem ad expellendum effectum
contrarium: v.g. in physicis aqua, ut contineat frigi-
ditatem, non posse illam absolute causare praesente
igne; quia ignis validior est ad inducendum ca-
lorem, quam aqua ad inducendam frigidi-
tatem; ac proinde quia aqua non habet vires ad expel-
lendum calorem, igne praesente, non posse absolute
producere frigiditatem, sed potius cedit, et calorem
ab igne accipit: Ita in moralibus peccatum morta-
le, ut certe sit sufficiens ad inducendam caren-
tiam auxilii congrui ad poenitendum, illam non cau-

sat

sat, præsentibus Christi meritis dante auxilium exi-
gentibus; quod cum merita Christi sint potentiora,
et validiori exigentia petant auxilium quam exig.
car. am peccatum, ad exigentiam meritorum
Christi deinceps amittit exigentia peccati; sed merita
puræ creaturæ etiam sanctæ licet infinitæ meritorii,
præcontineant gratiam, ~~et remissivam peccati,~~
~~non possunt illam absolute exigere quia~~ non sunt
simul virtutis ad expellendum effectum con-
trarium nempe peccatum: quod merita puræ creaturæ
etiam sanctæ, licet infinitæ meritorii, præconti-
neant gratiam ~~et remissivam peccati~~, non possunt illam absolute exigere
~~et remissivam peccati~~
~~illam absolute exigere~~. Ubi Christi remissivam peccati
peccatum validiori exigentia petit car. am gra-
tiæ amicitiæ Dei cum peccatore, quam me-
rita puræ creaturæ etiam sanctæ petunt gratiam
et remissionem peccati, atque amicitiam Dei
cum peccatore: quia cum offensa peccati mor-
talis sit in ordine superiori addita merito-
puræ creaturæ, validior est ad provocandam indigna-
tionem Dei cum peccatore, quam merita pu-
ræ creaturæ etiam sanctæ ad impetrandam plene
reconciliationem, et amicitiam Dei cum
peccatore: quod merita puræ creaturæ etiam sanctæ,
licet infinitæ meritorii præcontineant gratiam et
~~remissivam peccati~~, non sunt simul virtutem
ad expellendum ~~effectum~~ contrarium nempe peccatum;
ac proinde insufficiunt ad merendum condigne con-
dignitate arithmetica gratiam remissivam pec-
cati mortalis.

Instat. Quantum est peccatum
in ratione offensæ, tanta est in ratione beneficii gratia
remissiva peccati: sed ut merita puræ creaturæ sint
arithmetice æqualia beneficio donationis gra-

tiæ

remissiva peccati, debent bene equalitate cum offensa peccati mortalis: Probatur ans. quia Deus, dum offert suam remissivam peccati, renuntiat iuri aeterne aversionis, equale offense peccati, et superat resistentiam ipsius peccati, quae equalis ipsi peccato, et resistentis remissioni S.L.: nam cum ipsum peccatum sit sua constituens resistentiam ipsius peccati, Deo tribuens ius ad aeternam indignationem, nam debet esse tanta resistentia peccati, et tantum Dei ius ad indignationem quantum est ipsum peccatum: unde donatio remissiva peccati crescit in ratione beneficij usque ad equalitatem cum iure, quod Deus abdicat, et cum resistentia peccati, quam superat: quia qualitates beneficij in causa sunt, ut qui accipit beneficium, maiores debeat illi gratias referre, ac tanta augent beneficium in esse beneficij; quo circa tanta erit donatio gratiae remissivae peccati in esse beneficij, quantum est ius, quod Deus abdicat, et tanta resistentia peccati, quam superat; siquidem utrumque inter quantitatem beneficij numerandum est, et illud maius reddit; ac quantitatem grandem est ipsius peccatum, utrumque est equale

Confirmatur 2. et explicatur.

Non potest dari gratia remissiva peccati ut remissiva est, nisi tollendo impedimentum (nempe offensam) ad remissionem; imo remittere offensam est formalissime auferre offensam, quo actio, quae sit equalis formaliter remissioni offense, debet esse equalis etiam formaliter ablationi offense, sive offense ut auferendi; sed merito simpliciter equale offense auferende,

est

ē simpliciter equale ipsi offensæ: nam bonum ex tunc solum potest esse equale malo, sive damno, quod est sufficiens ad illud tollendum, et reddendum secundum bonum, quod per malum ablatum fuit: ergo meritum dignum dignitate arithmetica, ac proinde equale remissioni peccati, erit etiam equalis satisfactio pro peccato; sed nulla [illegible] actio puræ creaturæ quantumcumque sanctæ, potest esse equalis satisfactio pro offensa peccati mortalis, ut plurimus dicitur [illegible] procedenti, et plures ex adversariis fatentur: ergo neque potest esse meritum dignum dignitate arithmetica et equalitatis, remissionis peccati.

Arguitur 2o quantum displicuit Deo offensa, debet placere actio, quæ sit meritum equale offensæ, ut remittendæ; sed actio, quæ placeat Deo tantum, quantum displicuit offensa non solum est meritum remissionis offensæ, sed etiam satisfactio offensæ: ergo actio, quæ sit meritum equale offensæ ut remittendæ, erit equalis satisfactio pro offensa. Probo maiorem, quia si actio, quæ sit meritum equale offensæ ut remittendæ non placeret Deo tantum, quantum displicuit offensa, posset Deus dare totam complacentiam, quam illa actio meretur, et simul conservare totam displicentiam etiam [illegible] cum peccatore, quam ex eius peccato surgit: ergo posset Deus dare totam complacentiam, quam illa actio meretur, et simul posset perseverare offensa non ablata, sive non remissa: ergo ut actio sit equalis offensæ ut remittendæ, sive sive pro remissione peccati, necesse est, quod tantum Deo placeat, quantum ipsa offensa displicuit.

Scio Dominum [illegible], cui nobiles [illegible] adhaerent, aliter dare solutionem probare,

Ex eo, ut quod nulla pura creatura possit alteri de condigno mereri gratiam habitualem: quod prius firmiori impugnari et reiici debet. proximum praecedenti sec

4 § Dico 2° Nec satisfacit, si dicas cum quodam ingenioso Theologo purum hominem non posse alteri gratiam mereri; quia inde sequeretur, ipsum posse alteri mereri gratiam et gloriam infinitam; quin potius ipsum unionem hypostaticam; quod est manifestum absurdum. Sequella vero ita suadetur: quia unio hypostatica alteri donata non est merenti tam bona ac proinde nec tantum praemium, quantum esset unius gratiae et gloriae gradus ipsi merenti collatus: ergo actio illa, qua quis posset sibi de condigno mereri unum gratiae et gloriae gradum, si etiam posset destinari ad merendum alteri a merente, illi posset de condigno mereri unionem hypostaticam: nam si magis meriti praemium est unius gradus gratiae et gloriae merenti collatus, quam intuitu ipsius unio hypostatica alteri a merente diversa; merita, quae sufficiunt ad merendum unius gratiae et gloriae gradum merenti diverso, etiam sufficiunt ad merendum unionem hypostaticam alteri a merente.

Haec ratio praedicto Theologo valde familiaris omnino insufficiens mihi videtur, et iam ostendo 1° quia simili ratiocinatione posset probari non posse purum hominem satisfacere de condigno pro poena aliorum; quia inde sequeretur, quod posset satisfacere pro poenis infinitis aliorum: nam parva remissio poenae diversa satisfacienti est magis bona ipsi, quam remissio infinitae poenae intuitu ipsius alteri a satisfaciente diversa: ergo satisfactione illa, qua quis posset satisfacere ad aequalitatem pro aliqua poena gravi sibi inferenda, aliis

applicari posset multo maiorem remissionem
induet remissionem infinitam poenae debitae.

2.° quia bonum operis satisfactorii sed merito tribuitur pars; at ipsi meritis, quod alteri applicat, conferendum est verum praemium, quod sed est bonum merenti; non vero quod est bonum illi alteri, cui meritum applicat. Sed hoc non falsum est: alioquin non redemptio fit [illegible] humani, quae per omnes praemium tribuit Christi meritis; valde leve praemium [illegible] foret; siquidem utilitas quam inde Christus assequitur, exigua est; id autem est egregie falsum vel ex eo constat, quod omnes sancti Patres ex eo extollant valorem meritorum Christi, quod humani generis redemptione meruerint, et quod tantum sibi praemium putant, quantum est hoc, a servitute peccati liberari. Probatur doctrina est quia unum merita alteri applicari est quasi illius propria reddi, et praemium illi tribui perinde ac si merita forent ipsius, et non alterius: unde praemium, quod propria tribuendum est, non debet, nec potest esse infinitum; sed illud, quod ipsi personae tribueret, si talia merita, non forent ab alio, sed ab ipso elicita. Etenim sicut satisfactio poenae applicata alteri respicit remissionem poenae, non ut utilem operanti, sed ut utilem illi, cui applicat, et cuius poena remittitur, et adaequate [illegible], si tantum sit commodum illius, cui poena remittit, quia est satisfactio, et ipse operans [illegible] inde utilitatem acquirat; ita de merito, quod alteri applicat, respicit praemium, non ut bonum et utile merenti, sed ut bonum et utile illi, cui merens sua applicat merita; et omnem utilitatem, aequalem vel plurimam, remuneratur absque [illegible] vel imminutione ...

Sit 2.a Conclusio. Humana opera gratia habituali ornata possunt aliquo modo de condigno, scilicet condignitate, sed condignitate proportionis promereri aliis gratiam, remissionem peccati mortalis. Ad intelligentiam conclusionis propositae, et probationis subiiciendae, suppono illud esse discrimen communiter a theologis assignatum inter satisfactionem et meritum; quod meritum ad sui rationem non sit necessaria quaedam aequalitas rei, quam arithmeticam seu mathematicam vocant, cum praemio; sed sufficiat alia minor, quam appellant geometricam, quae potius proportio, quam aequalitas dicenda est; ad satisfactionem vero requiratur summa et arithmetica operis boni aequalitas cum offensa remissione, quia bonitas nostrorum meritorum, etsi sit aequalis, ut multi docent, cum bonitate gloriae, illam tamen de condigno meretur, non ob aequalitatem mathematicam rei ad rem, sed ob quamdam proportionem meriti cum praemio, quod Deus tribuit, ex eo, quod opus meritorium, et simul seipsum in remunerando efficiat.

Ego vero libenter admitto duplex meriti condignum, aliud condignum condignitate arithmetica, sive aequalitatis, aliud vero condignum condignitate geometrica sive proportionis. De 1.o in 1.a conclusione, de 2.o in hac 2.a nobis sermo est. Addo eamdem distinctionem posse in satisfactione in ordine imperfecte admitti, ita ut aequalitas satisfactionis cum offensa constituat satisfactionem perfectam; proportio vero satisfactionis cum offensa constituat satisfactionem imperfectam. Unde reiiciendus est Godoy disp. 2. n.o 44 post alios plures ut ipse ait, notat male vocari ab aliis nostris

Do-

Doctore satisfactionem proportionis satisfactionem condignam; quia ut ait, satisfactio condigna idem sonat apud Theologos, ac satisfactio aequalis.

Hucusque nota in Patrem Suarez mihi displicet 1º quia potius ipsi inconsequenter loquuntur, dum ex una parte concedunt posse puram cream ordinarii Dei caput in ordine ad merendum aequaliter et condignè illis remissionem peccati, et iustificationem; et ex alia parte inficiant ipsum posse satisfacere de condigno: nam dignitas aequalis operis illius qui pariat meritoris, quod sufficit, et satis est, ut remittat offensa, vocat satisfactio. 2º Nam Pater Suarez eam satisfactionem proportionis non dicit esse satisfactionem simpliciter condignam, sed cum restrictione, aliquo modo condignam, ut diss. proxime praecedenti notabam.

His praemissis probo conclusionem. Nulla est repugnantia in eo, quod purus homo in alia Providentia, qua habituali eius meritum dignificante, mereatur alteri, ideo ipsi merita Dei ipsi esset alteri applicata dignificendum per gratiam, secundum aequalitatem Geometricam et condignitatem proportionis cum offensa peccati mortalis: ergo possunt per mereri de condigno condignitate proportionis remissionem peccati mortalis. Probo minorem. Quia offensa peccati mortalis, ut sit in ordine superiori ad omnia obsequia purae creae, est tamen simpliciter finita: ergo ut obsequia purae creae, ut dignificata per gratiam, non possint habere aequalitatem Arithmeticam sive rei ad rem cum offensa peccati propter superioritatem ordinis, quae ipsa dicit, possunt tamen habere aequalitatem proportionis. Inde infero, quod etiam posset admitti in pura crea

satisfactio condigna condignitate proportionis et inequalitatis cum offensa, sicut admittimus mereri condignum condignitate proportionis cum remissione offensae. Et quod attinet de meritis Beati, satis nobis est cum Eximio Doctore loqui.

Sec. 2a

## Adversariorum fundamenta convellunt.

Obiiciunt 1o Illi ex suam sententiam: opera dominis iusti sunt gratia gratis habituali conferendi peccatori, qua deleat et remittatur peccatum, quia illam merent condigno condignitate aequalitatis: ergo Et non possint directe, ac proinde per modum satisfactionis condignae coaequalis excludere peccatum, quia illi non sunt aequalia; illud expellunt indirecte, et per modum meriti, quia directe merent gratiam habitualem, qua peccatum remittitur. Confirmat. quia Et satisfactio debeat esse aequalis cum offensa, meritum remissionis non debet esse aequale nisi praemio, ipsi vel remissioni; ideo si Beatus iustus sua merita applicaret ad remissionem peccati alieni, et nihil offerret aequale offensae ratione ordinis superioris, offerret tamen aliquid aequale praemio ipsi vel remissioni: ergo Et dignitas merendi iusti non sufficiat ad satisfactionem aequalem per offensa, sufficit ad merendum de condigno condignitate Arithmetica remissionem peccati. Probat min. quia remissio peccati est bonum minus, et inferioris ordinis quam ipsa offensa est malum: ergo etc. Prout ans. quia 1o gratiae gradus est bonum pro remissione peccati, 1o quia est gratia, in qua imbibitur remissio peccati: 2o quia effectus primarius primi

primi gradus gratiae nequit esse minor, quam effectus secundarius eiusdem, qui est remissio seu exclusio peccati; sed 1.us gradus gratiae non potest esse tantus bonus, quantum malum est peccatum: ergo remissio peccati non est tam bona, ac malum est peccatum. Sed minus bonum est et ordinis inferioris, quam ipsa offensa est malum.

Ad distinguendo antecedens: opera boni iusti sunt paria gratiae habituali in se sumptae: concedo antecedens: ut referuntur boni peccatoris, sive remissivi peccati: nego antecedens. Nam infusio gratiae ex suppositione peccati auget in re beneficii immensuram peccati expellendi, cuius resistentia vincenda est, ut possit introduci gratia: inde cum merita pure creata sufficiant ad promerendam gratiam, cui sunt equalia, non sufficiant ad promerendum condigne condignitate equalitatis illud beneficium, inde quod non sint equalia, ut mereantur condigne condignitate arithmetica infusionem gratiae boni peccatori, sive gratiam ut remissivam peccati.

Ad confirmationem respondeo, negata maiori, negando minorem, ad cuius probationem nego antecedens. Etenim respectus operis honesti ad remissionem ut condigne acquirendam, et moraliter causandam est idem ac inseparabilis a respectu eiusdem operis ad offensam ut condigne auferendam et moraliter expellendam, in quantum offensa non aliter aufertur, nisi per ipsam remissionem formaliter. Et quidem non potest inveniri causa seu physica, seu moralis, quae gaudeat virtute equali ad producendum suum effectum, etiam dato impossibili resistente, nisi simul gaudeat virtute equali ad istud expellendum. Unde ad [illegible]

bationem antis, seo remissionem peccati, et dicat effectus secundarius gratiae, est maius in ratione beneficii ipsa sola gratia, seu eius primario effectu, nempe sanctificatione: nam ea remissio peccatoris ipsa supponit essentialiter externam et activam benevolentiam Dei misericordis dicere volentis huic infundi peccatori gratiam, cui ex inimico eum reddi amicum sui; quod sane maius beneficium est, et maiori aestimatione dignum, ac proinde superius ad nostra merita, quam sola infusio gratiae et amicitiae

obiiciunt 2.º cum P. de Ripalda. Bonitas remissionis interior est malitia peccati: ergo et obsequia quae iusti praestant non sint paria peccato, possunt ita crescere, ut sint aequalia bonitati remissionis: ergo eam possunt promereri de digno ex dignitate arithmetica. Antecedens probatur. Quia peccatum mortale reddit hominem summe miserum, hoc est, dignum Dei inimicitia, impoenitentia finali, poena aeterna, et aliis malis innumeris: remissio vero peccati, praesertim quae pure extrinseca est non constituit hominem summe felicem, nec dignus positive amicitia Dei perseverantia finali, aeterna Beatitudine, aliis et bonis innumeris raris oppositis: ergo non est tam bona, ac malum est peccatum. Confirmatur. Quia privatio unionis hypostaticae deberet non esset tam mala, ac bona est ipsa unio hypostatica; siquidem non redderet adeo miseram humanitatem, ac felicem redderet unio hypostatica: ergo si peccatum magis infelicem reddit hominem, quam felicem remissio peccati, minus bona est remissio, quam

ma-

malum in peccatum.

Ad 1.º omissis antec. et 2.ª cva, neg. 2.am cons.ª q.º 2.do potens e. sanis, n. suf ficit ad merendum aliquid de digno offerre meritum equale premio, sed necessarium ulterius est, offerre meritum quod etiam superet resistentiam sanis proinde cum pura nec etiam ipsa merita n. possint vincere resistentiam sanis, namque peccati validioris ad exigendam n. remissionem, inde e., quod n. possint consequi digne remissionem et veniam peccati.

Ad 2.º cave bonam e. remissionem peccati in noe beneficij sive datum peccatoris beneficium, quantus e. gravitas offensae, que remittit, et sit tam bona bonitate utilitatis seu peccatoris, quam peccatum malum e. malitia damni et incommodi seu ipsius peccatoris, ut aliunde ostendit objectio. Ad Sug. e. Nam beneficium in eo datis n. auget solum ipsum magnitudinis utilitatis quam affert illud accipienti, sed etiam ipsam magnitudinem resistentiae, que superanda e., ut bonus reipsa conferat. Quapropter cum resistentia remissionis peccati tanta sit, quanta e. gravitas offensae peccati, necessario debet ei tantum remissionis beneficium, quanta e. ipsa offensa remissa. Unde distinguo ans: Bonitas remissionis inferior e. malitia peccati bonitate utilitatis et commodi: ne do ans; bonitate beneficij: nego ans. Et sub iisdem terminis distinguo cons: et nega 2.am cons. Q.ª ut probaretur etiam ipsa merita forent paria remissioni peccati, necessarium erat, quod tanta erant, quanta e. remissio in noe

be

beneficij. Unde iam liquet discrimen, et solutio ad rationem.

Objiciunt 3.º Pura creatura potest alteri mereri de condigno condignitate arithmetica praeservationem à peccato, et remissionem peccati. Patet cons. quia praeservatio majus beneficium est, quam remissio peccati.

Resp. omisso antecedente nego consequentiam. Quia licet praeservatio à peccato cum innocentia sit bonum superius in linea boni utilis et convenientis quam remissio peccati, quia eligibilius est numquam peccasse, quam à peccato liberari; est nihilominus bonum inferius in ratione beneficij: nam beneficium non acquirit magnitudinem praecise secundum magnitudinem bonitatis ~~[illegible]~~ accepti, et damni exclusi, sed etiam secundum magnitudinem carentiae et resistentiae; nam huius resistentia superat à benefactore; cui proinde, qui accipit beneficium, debet gratias referre, non solum propter bonum, quod donavit, sed etiam propter victoriam carentiae resistentiae, et beneficium tanti non debet aestimari ratione huius victoriae, quam carentiae superatae. Unde manifeste constat remissionem esse maius beneficium quam praeservationem, quia in praeservatione non intervenit destructio carentiae praeservationis, nec proprie loquendo aliqua remissio, sed potius videtur Deus sibi providere, dum huius offensam evitat: in remissione vero intervenit destructio carentiae meriti peccati validissime resistenti remissioni, et potius videtur Deus peccatori, quam sibi consulere, dum cedit iuri suo irascendi et puniendi in aeternum peccatorem; praesertim cum suo honori satis consulat damnando in aeternum peccatorem. Igitur Deus

majus

marem beneficentiam ostendit, dum remittit peccatum, ac dum ab illo innocentem praeservat; atque inde maiora merita necessaria esse ad remissionem, quam ad praeservationem condigne obtinendam.

Obiiciunt 4.° ex ipsis aliqui: gratia habitualis, ac consequenter merita per illam ut dignificata supra ipsam, aeque saltem Deo placent, ac displicet peccatum: ergo haec merita paria sunt malitiae peccati. Probatur ans. Gratia physica expellit peccatum quatenus Deus ob complacentiam in bonitate gratiae deponit displicentiam, quam meretur peccatum; at nisi gratia magis, vel aeque saltem placeret Deo, quam displicet peccatum, potius ob displicentiam in malitia peccati cohiberet Deus complacentiam in bonitate gratiae, seu in hoc ut detur gratia, quam e contra: ergo etc.

Hoc argumentum vel nihil, vel nimis probat; probat enim nimis quia pura creatura non inferiori à malitia peccati; atque inde posse puram creaturam per illo ad aequalitatem satisfacere: quod falsum esse iam ostendimus. Resp. 2° neg. ans. Gratia enim non expellit peccatum, quatenus ex complacentia in gratia Deus cohibeat displicentiam de peccato. Hic enim modus expellendi moralis est, et proprius meriti et satisfactionis. Unde si gratia est forma physica physice expellens peccatum, eatenus illud expellit, quatenus communicat effectum formalem physice oppositum malitiae peccati; et sane ad expellendam physice formam contrariam, non est necesse, quod forma expellens sit tam perfecta, quam perfecta, vel mala est forma exclusa.

Obiiciunt tandem contra 2.am conclusionem. Si meritum praemio aequale sola aequa-

proportionis dicat condignum, in[illegible] manet
meritum de condigno, et meritum de congruo. [illegible]
dem aequalitas proportionis etiam fuerit meri-
to congruo. Ideo assignando discrimen: nam me-
ritum congrui non dicit eam geometricam aequali-
tatem cum praemio, quam saltem debet dicere meri-
tum condignum, sed solum aptitudinem, ut si ele-
vet per gratiam, habeat eam aequalitatem geometri-
cam sive proportionis cum praemio, ex eo quod
sit in eodem genere entis, in quo praemium
est: v.g. actus supernales, ut si dignificati per gratiam
promerent de congruo gloriam [illegible]; quia sunt in eo
genere entis, nempe entis supernalis, in quo est glo-
ria; et ideo apti sunt, ut si dignificentur per gratiam
habitualem, acquirant aequalitatem geome-
tricam cum Beatitudine: opera vero naturalia non
merent, neque de congruo gloriam, quia cum illis de-
ficiat supernaturalitas, non habent praedictam apti-
tudinem. Quapropter merito congruo est praemium
[illegible]; merito vero condigno condignitate
proportionis ex naturali quadam iustitia est debitum
praemium; sicut dispositioni physicae debetur na-
turalis forma.

Hic gradum sistimus, et pa-
lestram litterariam de more deseramus, ut
quibusdam induciis recreati, alacriores et ex-
peditiores ad residuas doctrinae Verbi in Chri-
sti perfectionibus disputationes redeamus. Anno
1676 die 27 Iunii

Controv.a 1a

De Sanctitate Humanitatis Xpi Dni.

Diss. 1a

An Xpi Humanitas sanctificet formaliter per unionem Hypostcam

Sec. 1a

Natura Unionis Hypostcae explicatur.

Subsec. 1a

~~Facilioresque quaestiones de Unione Hypost. breviter declarantur.~~
An unio hypostatica distinguatur realiter ab extremis.

Ad tertiam, et ultimam, non dignitate, sed ordine partem de D. Verbi Incarne et perfectionibus Xpi venio: in eaque ut tam uno oibus commode, qm utilitati prospiciam, ita brevitati operam dabo, ut nihil a Theologis disputatum, intactum relinquam: et ut hanc meam de brevitate ~~oppignoratam~~ fidem ~~...~~ possim exprimere, rem statim absque ullo alio proludio aggredior.

Dubitumque ~~...~~ est An unio Hypostca, qua humanitas Xpi unitur Verbo D. sit realiter distincta ab humanitate et Verbo.

Sit nra Conclusio. Unio Hypostca, qua humanitas Xpi unitur Verbo D. est realiter distincta ab extremis unitis, nempe ab humanitate et Verbo. Ita communiter d.a sa Gregm, Okamum, Bacconius, Valentia, Vasquez, Caietanum, Alvarez, Gonet, et alios Thas. Hanc conclusionem probavi, et multorum ~~...~~ praecipue lib. 1. Phys. Disp. 7 ... Sec. 1. et eam efficaciter suadeo. Ea, quae possunt realiter separari, realiter distinguuntur; sed humanitas Xpi et Verbum possunt realiter separari ab unione humanitatis cum Verbo: siquidem

Hu

humanitas Xpi et verbus possit realiter existere simul, sive coexistere, quae realiter uniant.

nam humanitas Xpi cum sit eiusdem speciei infimae, ac reliquae humanitates, posse existere in unita verbo D. imo posse dimitti a verbo: ergo humanitas Xpi et verbus realiter distinguuntur ab unione humanitatis cum verbo; ac vera unio humanitatis cum verbo realiter distinguitur ab humanitate et verbo.

Hoc argumentum adeo efficax est, ut Adversarii sentiis post tot secula, nihil meditati sint, quod eius vim enervare potuerit.

V. Cum istis dicet Doret disp. 6 art. 3. § 2. n.o 63 humanitatem esse hypostatice unitam verbo D. esse quid reale in rerum natura de novo existens, non per modum subsistentem unionis, nec solam naturam humanam ipsam, aut solam personalitatem verbi, sed esse ipsam naturam humanam ut terminatam dicta personalitate, sive ut mutantem dictam subsistentiam per suis termini ipsam complentis et terminantis: et ad hoc requiri quod ponatur actio unitiva Dei, per quam personalitas verbi D. conicet naturae humanae.

Haec solutio longe errat a bona Philosophia. Quia actio illa unitiva Dei, si sit realiter permanens, cum sit virtualiter transiens, debet habere terminum, quem producat; sed non potest habere alium, nisi unionem realiter ab extremis distinctam, copulantem realiter verbum naturae humanae: ergo habet per hoc productam unionem realiter ab extremis distinctam et copulantem in verbum naturae humanae. Alia cum sciatur per tales illas actiones, quae per eas producuntur, non

posse

posse esse subsistentia realis; quia est increata et infinita, et abstracta non: neque humanitas; quia humanitas posse fieri non unita verbo; imo quia iuxta Gonet art. 3. humanitas fuit producta per actionem distinctam a praedicta actione unitiva, sive assumptiva: ergo &c.

Ait Gonet n.o 65 tantum productum per assumptionem, sive actionem unitivam esse hoc compositum ex divinitate et humanitate, quod dicitur Christus. At vero si inquires non posse compositum, sive totum quid totale produci, nisi producatur saltem totius partialis: negatur. 6 sequitur assumptum: etenim ex eo producitur totum quid, sive totalis, quod totius partialis per actionem aliquam concat, et coniungitur alteri extremo, sive per eandem actionem totius ille partialis producatur, sive supponatur productus per aliam actionem, sive etiam sit aliquid improductum. Et ratio est, quia ex illa coniunctione partis totius partialis cum altero extremo resultat totum, quod antea non erat.

Sed contra evidenter. Ex illa coniunctione partis totius partialis cum altero extremo resultat totum, quod antea non erat: sed ex illa coniunctione partis totius partialis cum altero extremo non posse resultare totum, quod antea non erat, nisi ipsa coniunctio sit aliquid superadditum et distinctum ab extremis illis, quae antea erant: sed illa coniunctio est aliquid superadditum et distinctum ab extremis, quae antea erant; sed coniunctio illa est unio humanitatis cum verbo: ergo unio humanitatis cum verbo est realiter distincta, et superaddita verbo et humanitati correspondenti-

bus

69.

Ocurrit Lonet n.º 69 illud super additum n̄ ee unionem, sive vinculum medians et realiter distinctum ab extremis, sed ee actionem communicativam: nam qd tamq̄ realis ē tantę actualitatis, ut sit ex se ipso realiter totum illud, quod sua communicatio, sive exercitium efficiendi aliud extremum, dicit in recto, potest communicari absque alio superaddito, quod sit vinculum medians et realiter distinctum ab extremis, licet possit communicari absq' alio superaddito, quod sit actio communicativa: et ita cum Verbum Dm̄ sit ita extremis alteri communicabile, ut sit actus purus, et rē sue summę actualitatis identificet sibi suam communicationem, n̄ coniungit, sive comicat alteri extremo p aliquid superadditum p modum vinculi, sed p se ipsum immēdte, terminando actionem, per quam aliud extremum sibi applicat

Quam doctrinam credidere difficilem Lor angl.ª ffauenat n.º 51. per illud verbum Dm̄ unitur actu et formaliter humanitati assumptę, per quod exercet in ea rōem tūi, et ultimi complementi; sed exercet in ea rōem tūi formaliter per suam personalitatem absq' aliquo alio intermedio: ergo p illam formaliter absq' aliquo eius modalitate distincto illi unitur. Maior videtur certa: nam cum Verbum Dm̄ uniat humanitati per suum complementi, et ultimi tūi, nē ē, aliquid, per quod illi unitur, ut ipsum actuale exercitium tandi. Minor probat. Nullum terminum

tum posse esse ad extra exercitium, sive actus 2.us virtutis terminativae personalitatis realis ad extra: ergo lo Probat Ans. Non minus est infinitum Verbum D. et actus purus in ratione terminativae, quam ipse Deus absolute in ratione pri productivi: sed ex eo, quod Deus est simpliciter infinitus, et actus purus in ratione pri productivi, non potest exercitium producendi Dei ad extra esse aliquid ab illius infinita virtute productiva in recto distinctum: et ideo docent communiter Theologi Deum non producere ad extra per actionem formaliter transeuntem, sed virtualiter tantum, quae est ipsa actio increata, sive virtuali distinctione identificata cum virtute illius operativa: ergo ex eo, quod Verbum D. est infinitum, et actus purus in ratione termini, exercitium terminandi eam non potest esse aliquid creatum, et ab eius personalitate realiter distinctum.

Vere via Ad. merito Vasquez, ne alterius mentis tanti auctoritas minuat. Nisi D.V. doctrina dici videtur omnino falsa, et absurda quam docuit Vasquez, infirmis et exanguis. Ratio est 1.o Quidquid Deo identificatur Deus est, et indefectibile: sed exercitium actuale terminandi non Hum. sive communicatio, sive iunctio, sive unio fralis realis Dei cum humanitate est quid defectibile: nam q.a posuit Xpi humanitas existere, qui Deus est illi hypostatice unitus: dum ab aeterno non fuit, sed in tempore incepit existere: ergo exercitium actuale terminandi non Hum. sive communicatio, sive iunctio, sive unio fralis realis Dei cum humanitate non est actio Deo identificata realiter formaliter.

Ratio est 2.o. Posset existere

simul

simul Deus et humanitas Xpi, qui Deus sit v-
nitus suppositaliter humanitati: ergo ut Deus sit rea-
liter unitus humanitati, aliud superadditum
requiritur distinctum realiter a Deo et humani-
tate realiter sibi coexistentibus. Patet cons. quia
de duobus extremis tam extrinsece, quam intrin-
sece invariatis non possunt verificari duo contra-
dictoria: scilicet illa extrema esse unita realiter, et non
esse unita realiter sunt ~~extrema~~ contradictoria:
ergo. Ra è 3.o Cª datur id, quod ponit sonet
ex parte Verbi D. et humanitatis, adest ex
parte Patris vel Spiritus sancti, et ipsius huma-
nitatis; et tamen nec Pater, nec Spiritus sanctus est
unitus realiter humanitati Xpi Domini, ergo ne-
que Verbum D. esset unitus realiter, nisi
superadderet unio fsalis realis ab ex-
tremis illis realiter distincta.

Ra è 4.o Actuale exerci-
tium trahendi, sive uniendi humanitatem, ex quo Verbum
ut actualiter trahat, sive unit, non potest esse ali-
quid seipso formaliter non trahens, neque uniens:
sed personalitas Verbi est aliquid seipsa forma-
liter non trahens, neque uniens: ergo actuale exerci-
tium trahendi, sive uniendi humanitatem
Verbo non est personalitas Verbi D. Minor sua-
detur. Quia personalitas Verbi esset absque eo
quod actualiter traheret, sive uniret: et humani-
tas assumpta posset in aliqua hypothesi dimit-
ti; et tamen perseveraret personalitas Verbi
divini.

Ra è 5. Cª quia sonet Incar-
natio est illa actio unitiva, quae est vera et rea-
lis actio, ut bene infert ex illo Joan. c. 1. Ver-
bum caro factum est: etenim Verbum non potuit

fie

fieri caro absque vera effectione, productione, et actione: sed per eam actionem, effectionem, et productionem aliquid vere factum est non humanitas, nec Verbum, ut iam ostensum est: ergo suppositum. Ad implicat suppositum fieri per illam actionem, quin saltem ipsa suppositio fiat per eam actionem: nam cum nec Verbum, nec humanitas factum fuerit per eam actionem, aliquid fit humanitati. Et Verbum factum fuit, quod effici non potuit, quin Verbum caro factum esset, et quin daret suppositum, nempe [illegible] quod sane est ipsa suppositio, seu compositio [illegible] est unio hypostatica: ergo per eam actionem unitivam facta fuit unio hypostatica realiter a Verbo et humanitate distincta.

Ita est 6. quia tota Trinitas est causa efficiens Incarnationis. Id exprimit in Conc. Toletano 11. in Confessione fidei. Incarnationem quoque huius Filii tota Trinitas operasse credenda est: et ex Conc. Lateranensi relato c. firmiter de summa Trinitate, ubi de Filio Dei dicitur: a tota Trinitate communiter incarnatus. Ex quibus sic [illegible] [illegible] [illegible]. Si unio hypostatica esset praedicta actio unitiva identificata cum personalitate Verbi, nec esset eius causa efficiens et operativa tota Trinitas: nec Verbum diceretur communiter incarnatus: nam realitas identificata cum filiatione et ideo opposita cum relatione paternitatis, et spirationis passivae, non produci à tota Trinitate, sola Patre: sed est aliquid ad extra productum à tota Trinitate: ergo nequit esse aliud, nisi unio hypostatica distincta realiter ab extremis unitis.

Nec officit Sonet, dum

dicit

recurrit ad exemplum materiae, quae ut unita formae nihil aliud importat quam materiam ipsam innotantem entitatem formae illam informantis et actuantis: sicut materia movet fieri per motus aliquos illam informantis, debet supponi alio unitiva generanda per quam formam coicet materiae. tum actus formae qua generatio creata, ut clarius explicat Alvarez, est sola unio materiae cum forma. Confirmatur: sicut recurrit ad hoc exemplum forma et unita importat unionem cum actuali informatione. 1° quia non posset existere sine quod informet et actuet sive materiam, entitas formae ut informans et actuans sive materia importat formam et unionem ab utraque distinctam. 2° quia generatio creata posset esse unio materiae cum forma, quod deficit, forma et materia non sunt unita; actio terminata autem personalis non potest esse unio, qua Verbum copulet humanitati, quod non deficit, quando Verbum non est unitum humanitati.

Ad argumentum respondeo, negata maiori, distinguendo minorem: deberet in ea rem, existit realiter praeter personalitatem absque aliquo alio intermedio: concedo minorem: ut quo: nego minorem. Ad cuius probationem nego antecedens: ad eius probationem, negata maiori, nego minorem. Etenim Deus debet esse firmus et immutabilis: non posse advenire de novo aliquod formale, nisi de novo adveniat aliquid, quod sit formali, essentiali et intrinseco ipsius constitutivo: sicut non potest destrui aliquod formale, nisi destruatur aliquid, quod sit formali essentiali intrinseco constitutivo ipsius: ergo neque in creatura, neque in Deo potest advenire de novo ratio actualiter constituentis seu actualiter uniti, nisi adveniret de novo

ali

aliqua entitas, nempe actio seu unio, quae fit de
constitutivo formali, essentiali et intrinseco illius denomi-
nationis: neque potest de novo desinere, quin illa eadem
entitas de novo desinat.

Unde falso supponit eius
illius obiectio actionem Dei productivam ad extra
consistere formaliter in ipsa dicta virtute productiva
nam cum haec existat ab aeterno, et sit indif-
ferens ad producendum, et non producendum
actualiter, non potest esse actuale exercitium pro du-
cendi, quidem requiritur, quod actualiter produ-
cat. Deus ab aeterno tamen non rerum, quas in tem-
pore produxit, tum etiam impossibiles rerum
quas nunquam producturus est. Licet D. Thomas in
1m dist. 40 art. 1. ad 1. constituere in Deo
creationem activam, et in creatura passivam; constans
ibi et in aliis locis vocat creationem in ra-
tione quadam significante, et determinationem
dl. voluntatis, qua vult ab aeterno producere in
tempore creaturam, appellat creationem activam:
quae sane dicta volitio non est formaliter productio seu actio,
sicut productio unionis non unio, nec duratio produc-
tio durationis. Unde etiam est falsum quod eandem
rationem, quod actuale exercitium unionis consistat
formaliter in personalitate Verbi.

Ad ut suppetias ferant
sonet mutanti, inepto pro eius sententia. Et fit de es-
sentia unionis unire actu pro aliqua differentia tem-
poris, sicut est de essentia actionis producere actu
pro aliqua differentia temporis; non est de essentia
unionis unire actu pro omni differentia temporis,
in qua existit, sicut non est de essentia actionis pro-
ducere pro omni differentia temporis, in qua existit
ergo personalitas Verbi potest ex voluntate Dei

ex ab æterno unio humanitatis cum verbo per aliqua differentia temporis. Arg. probat. quia non est de essentia productionis et in quovis signo in quo intelligatur existere, eius intelligatur producere actualiter; siquidem spiratio activa, seu productio spiritus sancti est prius in Patre, quam in Filio; et nihilominus per illo priori signo, prius quam intelligatur esse in Filio, non producit spiritum sanctum: neque sic non posse intelligi procedens, nisi intelligatur a Patre et a Filio procedens. Ita te.

Ideo neg. ans. quia exercitium actuale uniendi nusquam posse existere, quin actualiter uniat extrema: neque actuale exercitium producendi nusquam posse existere per aliquo instanti reali, vel signo rationis, quin actualiter producat; alioquin actuale exercitium uniendi .l. producendi indigeret per aliquid seipso formaliter non unirent ut per illam temporis differentiam, in qua solum uniret actualiter. Nec paritas desumpta ex SS.ma Trinitate urget: quia non posse intelligi spiritus sanctus procedens actu et simpliciter, nisi intelligatur eius processio activa exercita; et cum spiratio passiva spiritus S. non intelligatur in illo priori signo, ~~neque spiratio activa, seu productio spiritus sancti prius est in Patre, quam in Filio~~ ideo spiratio activa per illo priori, antequam intelligatur in Filio non producit spiritum sanctum; secus vero evenit in aliis productionibus realibus, quia in illis est actio indistincta a passione, et idem est formaliter cum producere effectum, ac terminum produci ex ea. Et hoc est quod in creaturis deest ratio, quae habet in divinis distinctionem actio-

nis

nis à passione.

Ideo alij AA.[um de valle] recurrunt ad decretum Dei liberum, afferuntque Verbum uniri humanitati esse decreti, quo Deus Verbum uniri humanitati decrevit. Ita est. [illegible] hoc decretum Dei vel est Deus distinctus ab eo, quod est decretum Dei [quo vult Verbum] existentiam humanitatis [illegible] [illegible] vel non? [illegible] Deus aliquid vult ex parte [ipsius sui decreti] [illegible], cum vult humanitatem unitam Verbo, ac [illegible] vult humanitatem ac Verbum [illegible] [illegible] quod [illegible] vellet Verbum unire humanitati: [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] unio: [illegible] [illegible] unio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] 2m. [illegible] ipsum decretum liberum Dei est [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Verbum, humanitatem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] Verbum [illegible] [illegible]

Ex hoc innumera inferunt [illegible]. 1m [illegible] decretum Dei [illegible] [illegible] humanitati; sed decretum Dei est unio humanitatis cum Verbo: [illegible] unio humanitatis cum Verbo est extrinseca humanitati. 2m. [illegible] idem dicant in creatis: [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est Deus. Patet [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] extrema, ut corpus et anima, ut unita; [illegible] extrema ut unita dicunt unionem, [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] decretum [illegible]: [illegible] [illegible] [illegible] decretum [illegible]; sed decretum [illegible] est realiter Deus: [illegible] [illegible] est [illegible] [illegible] Deus, seu quid divinum. 3m. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. 4m. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad negandos [illegible] et modos, quos bona [illegible] [illegible]. Etenim si decretum Dei posset esse unio extremorum posset et esse actio, duratio, [illegible] [illegible]. [illegible] nihil [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] recurrit ad intimam Verbi cum humanitate presentiam, et penetrationem, et hujus ultimae dispositionem;

et

et negat quamlibet aliam unionem etiam cum fca. Ista est 1a opinio Doctorum dixim. 2. p. 201. dub.

Sec. nulla dispositio ex parte humanitatis requiritur ad unionem cum Verbo; omnia n. dona supernalia humanitatis precesserunt ab unione hypostatica. 2o quia eadem dispositio est in humanitate sui datis et spiritus sanctis: quia penetratio et ultima aut dispositio fit aucta, sed unio hypostatica in subiectis, ut ostendam sec. 3o et 4o quia cum extrema ut ultimo disposita dicunt penetrationem; nam si instet penetrata instet ultimo disposita ad unionem, non est, quod extrema ut ultimo disposita ad unionem involvant penetrationem; sed extrema ut ultimo disposita ad unionem distinguunt ab ipsa unione: ergo extrema ut penetrata, seu ultimo disposita distinguunt ab unione. Probo minorem quia ultimo dispositum ut tale dicit realem distinctionem ab eo, ad quod constituendum ultimo disponitur; sed extrema ultimo disponunt ad constituendum compositum exinde resultans: ergo extrema ut ultimo disposita distinguunt a composito actualiter constituto; sed non possunt distingui sine actu compositionis, sive unionis: ergo distinguunt realiter ab unione.

accidentales et Superiori, et non est superiori unio hypostatica humanitatis cum Verbo: ergo non est realiter maxime inter omnes uniones. Probatur minor. quia anima rationalis non est minus intelligens et volens per intellectiones et volitiones distinctas, et unitas quoad substantiam, et intentionem intelligendi et volendi, quam foret per ipsas identificatas; at vero humanitas non est aeque digna, ac perfecta per subsistentiam Verbi distinctam, et unitam, ac esset per ipsam identificatam: et Verbum, quod per unionem cum humanitate est personaliter homo et proprie homo, non est ex rigore, et realiter homo, quo esset, si teneret humanitatem per identitatem: nam cum Verbum per unionem cum unitum in sua substantia nec sentiat, nec patiatur, nec discurrat, et cum etiam unio suppleat defectum identitatis humanitatis cum Verbo, nequit unio hoc de titulo non esse minor illa identitate: ergo etc.

Respondeo, accedendo intentum argumenti; nos enim non defendimus nostra tertia conclusione unionem hypostaticam esse realiter inter omnes uniones maximam in omnem considerationem; sed in aliquam: est maxima, si consideretur, ut a nobis explicatur in probatione nostrae 3.ae conclusionis; quae magnitudo non potest inveniri in unionibus accidentalibus; non est vero maxima omnem considerationem, quam objectio insinuat; nam in ea sua distinctione esse uniones accidentales libenter fatemur. Nec hoc minoritas unionis hypostaticae, est ipsius imperfectio; potius illius perfectionem arguit, nam supponit esse unionem Dei immutabilis, et singularitatem incommunicabilis ad extra per identitatem.

Subsec. 6.a

De entitativa perfectione unionis hypostatic.

Nonnulli docuere unionem hypostaticam ratione sui exiguam, et fere nullam habere perfectionem entitativam: oppositum docent communiter DD; cum quibus dicimus nobis e unionem hypostaticam habere maximam perfectionem entitativam ratione sui. Probatur 1.o. quia unio hypostatica redditur perfectissima à personalitate Verbi, quam petit ratione sui; sed nequit petere ratione sui reddi perfectissima à personalitate Verbi, nisi in se et ratione sui habeat magnam perfectionem entitativam: ergo unio hypostatica habet ratione sui perfectionem entitativam. Maior admittitur ab adversarijs. Minor suadetur. Nam petere exigentia essentiali habere aliunde maximam perfectionem, singularis et magna perfectio e: nam si daretur substantia, quae essentialiter peteret vel gratiam habitualem, vel beatitudinem, esset ratione huius exigentiae perfectissima: et quidem universim ex exigentijs alterius entitatis perfectionis, et perfectionis passim colligimus maiorem, et maiorem perfectionem rei exigentis.

Probatur 2.o quia quo perfectiora sunt extrema unionis, eo unio perfectior e, argumento opera contraria; ut contingit in omnibus motus, cognitionibus, et reliquis entitatibus essentialiter aliqua extrema respicientibus: ergo unio hypostatica, cuius extrema adeo perfecta sunt, ut alterum sit infinitum, nempe Verbum divinum, et alterum valde perfectum, nempe humanitas, in se valde perfecta e.

Probatur 3.o Unio hypostatica habet aliquam perfectionem: ergo maximam. Antecedens admit

tunt

sunt adversarij: cum possessio, quae possessio boni, dicit ulterius aliquam dicat perfectionem, eo perfectior est, quo magis est bonum, cuius est possessio: sed unio hypostatica dicit aliquam perfectionem, et est possessio physica summi boni: ergo si cetera sint paria, dicet maiorem perfectionem, quam omnis alia possessio minus boni

Dices: inferas unionem hypostaticam esse aliquid perfectionem omni alia entitate creata, si gratia habitualis et visio Beata sint perfectiones naturae humanae, et Angelicae. Respondeo, quod unio hypostatica est perfectior gratia habituali et visione Dei: quia est perfectio coniunctio, et possessio Dei. An vero gratia habitualis, et visio Dei sint perfectiones naturae humanae et Angelicae, res est dubia, ~~in defensione tamen valida fundamenta pro parte affirmativa~~ parti vero affirmativae plures doctores favent: Augustinus sermone 19 de verbis Apostoli ait: melius est iustum esse, quam hominem esse. Consentit D. Gregorius Nazianzenus tract. 40. D. Bernardus sermone 26 in Cantic. columna 2. Ergo si accidens improbabilius fuerit modus essendi substantia potest esse perfectior natura humana, et naturae Angelicae, cum unio hypostatica, quae est supernaturalis substantia coniungens Deum cum humanitate, in illa crescet in perfectione, et superet aliquas substantias creatas.

Obiicies 1.º Unio hypostatica ex ipsa uniendi ratione est summa unio in ipsa uniendi ratione: ergo est valde exiguae entitatis et perfectionis. Probatur consequentia, quia unio ex suo conceptu formali petit minimum, et exiguae entitatis et perfectionis: ergo unio summa, qualis est hypostatica, petit esse debilissimae entitatis et perfectionis. Patet consequentia, quia minus ex ratione sua petit habere exiguam entitatem et perfectionem, ergo quo maior est minus et unio in ratione minimi et unionis

eo magis

recedit ab entitate et perfectione; ac consta minus habet entitatis et perfectionis.

Ad 3um arg.tum manifeste sophisticum est, ut pluribus instantiis ostendo. Nam actio creativa, ceteris paribus, perfectior est generativa; et nihilominus quoad modum agendi, ac proinde in ratione actionis perfectior est: et unio continuativa inter partes non est tam perfecta, quam unio inter formam et materiam substantialem; et tamen unio informativa melior est in ratione unionis, et modo uniendi. Ubicatio Angeli perfectior est entitative, quam ubicatio corporis vel alterius realis, et tamen perfectioni modo reddit Angelum praesentem: ergo licet unio hypostatica sit perfectior in ratione unionis, et licet sit modus, qui venit, non debet esse minus perfecta in ratione entis quae habet perfectionem modus uniendi, sive quae est perfectior in ratione unionis.

Dicente reo, respondeo ant., nego conseq.; ad cuius probationem distinguo ant.: unio ex suo conceptu formali et generico non petit esse minimum, et exiguum entitatis et perfectionis: concedo ant. ex suo conceptu formali specifico: nego ant.: ad cuius probationem distinguo subsumptum eiusdem ant.: modus ex ratione generica non petit habere exiguam entitatem et perfectionem: concedo ant.: ex ratione specifica: nego ant.: et conseq. Suppono modum esse ens reale; ac proinde falso docuisse Durandus in 1. dist. 33 q. 1. et Suarez in Metaph. cap. 2 q. 3. sec. 3. modum rei non esse ipse formalita et essentialita ens reale; quia cum conceptus essentialis modi sit esse alterius, eius conceptus quidditativus non potest concipi, ut hoc, vel quod, sed vel huius, vel illius: quod non futilis est, quia si modus huius est, aliquid est. Unde resiciunt ii, qui dissentiant ex eo, quod modi sint quasi relationes

nam relatio transcendentalis importat aliquid, ex quo inde importat reale est.

Unde modus, cum sit ens reale, aliquam perfectionem dicit entitativam, eam tamen exiguam, si praecise attendatur ratio generica modi, ac si inde ex reliquis [illegible] generico imperfectus est, si reliqua sint paria: quae [atque] imperfectio, quam dicit ratio generica modi, fundatur in eo, quod non valeat existere sine re, cuius est modus: hoc tamen non sufficit, ut modus non possit alioquin habere maiorem perfectionem, quam res absoluta: quia sicut ex hoc capite habet imperfectionem, ita ex aliis capitibus potest tantam habere perfectionem, ut licet sit imperfectior aliqua re absoluta, attento praecise conceptu generico modi, sive unionis, sit tamen ipsa absolute perfectior re respectu specifici. Insuper ex eo quod modus v.g. unio perfectius exerceat rationem unionis; non infertur quod debeat esse imperfectior; nam imperfectio modi desumitur ex dependentia essentiali a re, cuius est modus, nempe ex eo, quod non valeat existere sine re, cuius est modus; quae imperfectio non augetur, licet perfectius uniat: nam unio dicitur perfectius unire, sive dicitur perfectior in ratione unionis, non quia perfectius exercet munus modi ut sic; nam dependentia modi a re cuius est modus consistit in eo, quod ipsi non valeat existere absque re cuius est modus: quae dependentia cum indivisibilis sit, idem et aeque essentialis est omnibus modis; sed dicitur perfectius unire, sive perfectior in ratione unionis, quatenus perfectius exercet munus unionis in ordine ad specificum,

non [illegible]

ad solum ut desumptum ex ru, quem dicit, ad extrema, quae unit, id etiam ut desumptus ex mo, quo ista unit.

Adde ee de ratione mi ee imperfectum; et ee etiam de ratione ipsius ee perfectionem et perfectionem sm perfectionem extremorum, quae modificat: inter quos respectus hoc datur discrimen: imperfectio, quam habet mus, quia consistit in indoli, in eo ut, quod dependeat essentialiter à rebus, quarum è mus (quae dependentia in rebus absolutis vg. in cognitionibus essentialiter verisque quod ditatione solet inveniri) n posse admittere magis et minus, nisi quia ab una vel aspluribus dependeat: perfectio vero mi posse crescere et minui, habere magis et minus quatenus sumitur ex extremis, quae modificat, et ex mo, quo illa modificat. Quapropter unio hypostatica posse habere maximam perfectionem ex extremis, quae unit, et ex mo quo illa unit, licet eam n participet ex eo fore quod sit mus, neque ex hoc capite imperfecta é, si ipsa sint paria, seius vero si sint disparia.

Instas. Non é de rone unionis constitutivae inter partes occupare distinctum locum ab eo, quem partes occupant, ac proinde, maiorem partium extensionem: ergo neque é de rone unionis penetrativae augere rone sua perfectionis perfectionem compositi.

Reo, negando conam. Si enim unio constitutiva n augeat extensionem partium, ideo n auget, quia n occupat locum distinctum ab eo, quem partes occupant; nam si occuparet locum distinctum, utique redderet maiorem extensionem partium: unio vero hypostatica

ph.ca, cum lt sit minus participet rem entis et perfectionis, pote rê sui perfectionis augere perfectionem suppositi. Insuper argum. facile pote retorqueri. Unio continuativa, lt rê sui non augeat extensionem partium; nihilominus rê sui absolute ē in loco, lt sit in eodem loco, in quo ē pars: ergo quaelibet unio, lt non augeret perfectionem partium, nihilominus rê sui dicit perfectionem.

Obiicies 2.º quia Verbum divinum potuit uniri humanitati per unionem sibi identificatam, vel per decretum liberum, ita ut tam illa quam hoc, qua liberum potuerit non esse in Deo; sed ea unio quae talis non diceret perfectionem formaliter rê sui: ergo unio creata hypostatica ab extremis distincta non dicit rê sui maximam perfectionem. Patet consequentia. quia ideo unio hypostatica rê sui diceret perfectionem, quia contineret rem uniendi extrema adeo perfecta, nempe Verbum divinum et humanitatem; sed eandem rem uniendi daret in illa unione increata: ergo etc. Instatur 2.º quia ideo unio hypostatica diceret maximam perfectionem, quia valde accederet ad Divinitatem; sed illa unio increata magis accederet: et nihilominus non ē perfectio: ergo etc. Instatur 2.º Relationes divinae etiamsi sint positivae, non dicunt rê sui perfectionem; et tamen magis accedunt Deitati, quam unio hypostatica: siquidem accedunt per identitatem: ergo etc. Instatur, 3.º terminus immediatus, quem unit unio hypostatica, non ē Divinitas, sed personalitas Verbi distincta virtualiter a Divinitate; sed personalitas Verbi rê sui non dicit perfectionem: ergo unio hypostatica ex eo quod uniat personalitatem Verbi, non pote participare maximam perfectionem. Patet consequentia. Nam unio

non valde

n̄ valet habere perfectionem ab eo extremo, quod ræ sui n̄ dicit perfectionem.

Resp. 1.º maiorem ēē falsam, ut ostendi subsec. 1. Resp. 2.º actus liberum Dei semper importare in sua constitutione aliqd̄ gratum d.m, quod ræ sui dicat maximam perfectionem. Resp. 3.º illam unionem identificatā cum verbo, sive consistentem in decreto libero Dei dicere maximam perfectionē, si ræ sui dicat formalitr perfectionē; ac proinde unionem hypostaticam existentem ab extremis distinctā dicere formalitr ræ sui maximam perfectionem, siquidem ex adversariis aliquam dicit perfectionem: etenim ea perfectio debet ēē maior cæteris paribus, quo maior fuerit extremorum perfectio.

Ad 1.am confirmationē satis constat solutio ex dictis. Et quidem cum actus Dei liber petat identitatem cum Deo, nequit n̄ ēē perfectissimus ræ talis exigentiæ. Ad 2. confirmat.em nego maiorē. Nam gratum dm positivum differens ræ sui a neg.e, et transcendentalem productionem, nequit n̄ dicere perfectionem; alioquin .n. in creatis relationes, uniones, intellectiones, et aliæ entitates indigentes transcendentes realem productionem n̄ dicerent formalitr ræ sui perfectionem. Unde ad 3.m confirmatem resp. transeat maior, neg.to minorē.

## Subsec. 7

### Nonnullae quaestiunculae de unione hypostatica decidunt.

Dico 1.o Unio hypostatica, qua Verbum divinum realiter unitur humanitati, est modus substantialis supernaturalis. Ita communis sententia contra Scotum, Vasquez, Gabrielem, et alios, qui docent eam esse accidens. Probo 1am solutionis partem 1.o Unio animae cum corpore est modus substantialis, ut probavi in Physicis: ergo etiam est substantialis modus unio hypostatica humanitatis cum Verbo. 2.o quia si unio hypostatica non foret substantialis, Christus Deus non esset suppositum absolute substantiale; siquidem bonum et perfectum non est, nisi ex integra causa; malum autem sive imperfectum ex quocumque defectu: ergo Christus.

Dices unionem constituere essentialiter suppositum; ceterum non ut quod, sed ut quo. Sed contra est, quia unio licet tantum constituat ut quo suppositum, illud essentialiter et absolute constituit, et est de ipsius essentia, et constitutione: ergo si unio hypostatica esset accidens, Christus non esset quoddam compositum absolute, et simpliciter substantiale. Patet consequentia 1.o ex Philosopho dicente quia si ex compositione, ut ex non substantia substantia fiat. 2.o Partes compositi naturalis quia ut unitae dicunt unionem corruptibilem, totum ex illis resultans dicitur absolute et simpliciter corruptibile, licet unio illud constituat ut quo: ergo si partes vel quasi partes Christi forent unitae dicerent unionem accidentalem, Christus ex illis resultans esset compositum quoddam accidentale, licet unio hypostatica illud constituat ut quo.

Dices 2.o unionem hypostaticam non intrare constitutionem illius compositi, sed esse additionem. Sed contra est, quia implicat dari omnia constitutiva

compositi, etiam dari compositum; sed si unio hypostatica
esset tantum additio, ea ablata, manerent, et darentur
omnia constitutiva illius compositi: ergo maneret illud
compositum, nempe Christus; consequens est falsum, etiam
teste adversariis: ergo etc. Maior est certa. Nam
omnia constitutiva compositi sunt, quaecumque ita compo-
nunt, ut nihil aliud sit ipsa, et sit inclu-
sum in ipsis componat. Minor vero suadetur: quia
omnes partes compositi, non ut actu unitae, neque ut unitas
actu dicunt essentialiter unionem, quae iuxta adversa-
rios tantum est additio, sed praecise ut unibiles sunt omnia
constitutiva compositi: ergo etc. Datur 2° quia esse constitu-
tiva tantum in actu 1°, et esse in actu 2° et actualiter
constituentia realiter subsistentiae distinguuntur:
quasi illud 1um affert essentialiter omnes partes absolu-
tas compositi, hoc 2um addit essentialiter unionem
partium.

Probo 2am conclusionis partem:
quia unio hypostatica est actuale vinculum, nexus,
et coniunctio physica extremorum, nempe huma-
nitatis et Verbi, et unio sui ipsius cum illis:
ergo non est quid absolutum, sed quid respectivum et mutuum
eorum extremorum, quae unit.

Probo 3am partem eiusdem con-
clusionis: quae est s.a de ig et vires rei: ergo unio hypos-
tatica est personalis. Quam veritatem etiam probavi-
mus 1. p. de Incar. Disp. 2. dub. 1. Hoc tamen non obstan-
te unio hypostatica est personalis, quia illi essentialis est.

Dico 2°. Unio hypostatica qua
Verbum unitur realiter humanitati, est divisi-
bilis. Ut haec conclusio facilius possit recipi, nonnulla sunt
dubia decidenda, et probanda sunt. Noto 1° Ver-
bum divinum unitum fuisse singulis partibus huma-
nitatis assumptae: quod ipso est contra D.m Vasq. 2 quem

Vasq.

cum Moro et alijs docet disp. 39 totam humanitatem unica et indivisibili unione assumptam fuisse à Verbo; et aliter assumi non potuisse; animam vero et corpus non per se, sed solum ratione totius humanitatis, in qua continentur, potuisse assumi. Probo 2.o propositam nostram propositionem: partes humanitatis Christi, nempe corpus et anima, permansere unitae Verbo in triduo mortis Christi, ut cum Concilijs et Patribus docent Theologi: ergo non ratione assumptionis totius humanitatis; quia cum in triduo mortis destructa fuerit humanitas, siquidem destructa fuit unio animae cum corpore, imo et unio hypostatica suis unionis ad Verbum, ut insinuavi 2. parte. Tom. disp. sec. §, non potuerunt partes in humanitate destructa contineri, neque perseverare unitae vi assumptionis in humanitate: neque ratione novae unionis hypostaticae, quae successit destructae: nam sine fundamento ponitur unio nova partium ad Verbum diversa ab ea, qua partes humanitatis vivente Christo, uniebantur Verbo: ergo partes humanitatis Christi, nempe corpus et anima, permansere unitae Verbo in triduo mortis Christi, ratione unionis antiquae, quae Verbum divinum unitum fuit singulis partibus humanitatis assumptae.

Noto 2.o contra eximium Doctorem humanitatem totam non fuisse assumptam à Verbo, per unionem divisibilem partis ad Verbum, per aliam unionem hypostaticam indivisibilem, neque assumi potuisse. Probatur 1.a pars. Quia tota humanitas nihil est aliud, nisi omnes partes collective sumptae, ut docui lib. 1. Phys. controv. disp. sec. : ergo implicat omnes partes in se esse unitas Verbo, et totam humanitatem non esse unitam Verbo: ergo hypo-

suppositis omnibus partium ipse unione hypostatica ad verbum, superflua est alia unio indivisa uniens totam humanitatem cum Verbo. 2º vero persuadet. Quia tota humanitas nihil est aliud realiter, neque formaliter, nisi omnes partes vel unitae: quia implicat omnino totam humanitatem esse ipse unitam, non unitis omnibus partibus. Patet ita. Quia si tota humanitas esset ipse unita, non unitis partibus totum ipse esset, et non esset unitum. Nec diminuitur vis argumenti ex eo, quod cum [illegible] de Pasquez admittat quanta entitas, quae sit unificatio compositi substantialis viventis; nam id solum persuadet etiam illam quantam entitatem esse ipse uniendam, vel tota humanitas ipse uniatur, et assumatur à Verbo.

Ex quibus facile deducitur nostrae conclusionis probatio. Quia tota humanitas ipse assumpta, et unita fuit Verbo Divino; sed non per unionem indivisam ad totam humanitatem tractam: ergo unione divisibili ex unionibus ad singulas humanitatis partes tractas coalescens. Nostra est de fide, et certa legitima, et nostra constat ex duobus praenotatis; eamque expresse tradit D. Ambrosius: suscepit, ait, animam meam: suscepit corpus meum.

Dico 3º. Unio hypostatica divisibilis, partim est spiritualis, et partim corporea. Explicatur et probatur. Nam alia est unio hypostatica, qua corpus, alia, qua unio animae cum corpore; et alia, qua anima rationalis unitur Verbo Divino: unio hypostatica tam corporis, quam unionis animae cum corpore, materialis et corporea est; unio vero hypostatica animae rationalis ad Verbum spiritualis est. Ita est. Quia ut docui lib. 1. Phys. totius disp. 1º corpus per [illegible]

distinguit abstrui é, quod perit titulo physico ñ posse existere naliter absque ente sensibili: et talis é unio hypostat.ca tam corporis, qm unionis corporis cum aña: spus v.o é, qui pote, attento titulo physico, existere naliter absque ente sensibili: et talis é unio hypostat.ca aiæ rtalis ad Verbum: g.o unio hypostat.ca tam corporis, qm unionis corporis cum aña é matlis et corporea: et unio aiæ rtalis ad verbum é spiritualis.

Dico 4.o ra quorz Rel.s apd P. Bernal disp. 20 sec. 3. Unio hypostat.ca ñ destruitur, ac proinde nec nova producitur in singulis instantibus motus localis xpi Dni. Probatur. p.a lt passio, it unionis, qm supponit extremorz penetrationem, ipsam saltem naliter sequens, ut quoties unum extremum à loco adeqto, in quo é, movet, alterum etiam moveat, et unum in loco adeq.to vel inadeq.to alterius ponat; ñ tn ideo debet unio hypostat.ca peritus, quoties movet humanitas xpi: g.o ratio est. ga cum Verbum r.n sue sit immensitatis ubique existat, quocumque moveatur, et fiat ipsius humanitas xpi, adé et Verbus quamvis ñ moveat localiter, et cesse ñ minus, qm si cum ipsa humanitate localiter moveret: ergo de titulo ñ é necessium, quod unio hypostat.ca destruat, quoties localiter movet humanitas xpi Dni. Nec productio unionis hypostat.æ debet variari: tum q.a approximatio agentis tm é conditio ad actionem. Tum qd Deus, qui est ca totalis efficiens unionis hypostat.æ, rne sue immensitatis é ubique præsens.

Dices. Personalitas Verbi

vt immobiliter presens uni spatio distinguitur
virtualiter a se ipsa vt immobiliter presente alte-
ri spatio: ergo quoties humanitas Christi movetur lo-
caliter, nova unio hypostatica producitur. Consequentia probatur.
quia unio hypostatica debet esse distincta realiter
sicut virtualiter distincta personalitas in perso-
nalitate Verbi, quam unit humanitati; sed
ante motum localem B., personalitas Verbi corres-
pondens immobiliter spatio A. uniebatur hu-
manitati Christi; e contra, quando humanitas Christi mo-
vetur illo motu locali B., non illa personalitas, sed alte-
ra Verbi personalitas immobiliter correspondens
spatio B., unitur humanitati: ergo etc.

Nec satisfacies, si dicas Ver-
bum divinum vt presens huic spatio non uniri huma-
nitati; dum quia Verbum divinum per unionem hy-
postaticam est specialiter titulo presens illi spatio, in
quo est humanitas. dum quia Verbum divinum di-
stinguitur virtualiter a se ipso per distinctio-
nem locorum; alioquin unio hypostatica existens
in loco A. copulat Verbum divinum vt existens
in loco A, etiam vt existens in loco B: ergo unio
hypostatica copulans Verbum vt existens
in loco B. est ab illa distincta; ac consequenter unio
hypostatica variatur per diversitatem locorum.

Respondeo ergo 1.o illud principium, quod
assumunt obiicientes esse falsum: non enim datur
illa multiplicitas personalitatum in divina immen-
sitate; nam cum nulla sit, nec possit esse personali-
tas divina, quae non sit ubique, sicut nulla est, nec esse
potest, quae non sit aeterna, non potest una personalitas
divina ita correspondere immobiliter huic spa-
tio, ut alii non correspondeat. Ratio a priori est, quia
quaelibet personalitas divina identificatur cum Deo;

ac

ac werent é infinita perfectio, petit̃ ee ab æterno.

Res 2º, omisso illo ƿaio, neg.do cram. q.a unio hypostica ñ trat intrinsecè, et immed.te ad illam ƿealitatem correspondentem immobilita huic spatio, in quo é humanitas; sd ad personalitatem verbi sm te sumptam, et prout distinctam virtualitr à multiplici illa ƿealitate; ac cerent tam ab immensitate absoluta, qm ab immensitate relativa; é de se é indifferens, ut iungat cum ƿealitate d.a correspondente immobilita huic spatio, vel cum ƿealitate d.a correspondente illi spatio: q perseverat, sive cum hac, sive cum illa ƿealitate iungat: ḡlt humanitas Xp̃i mutet localita, ñ debet unio hypostica variari.

Dico 5.º Humanitas vi unionis hypostcæ cum verbo d.o, ñ debet ée in oi loco, in quo verbum d. é. Pbo. qa ñ é de rõe unionis, ut unum extremum posiat in oi loco, in quo alterum é, ut docui in Physicis lib. 6 disp. 3. sect. 2: nam hg. aia rōalis ẽt in capite sibi unitu intellectionem; et tn illam ñ ẽt sibi unitam in pede; dtm é de rõe unionis, ut extrema unita, in aliquo loco iuncta sint; q.a ea, quæ oīo separata sst, unita ée ñ valent: et ideo q.do unum extremum movet, secum alterum trahit; secus v.o q.do bilocat, circumscriptive in duplici loco adesset.º: ḡo Humanitas vi unionis hypostcæ ad verbum d.m ñ debet ée in oi loco, in quo verbum d. é; sd sufficit, quod sit in aliquo loco: quod sa. pie narium é; c.a cum verbum d.m rõe suæ immensitatis sit ubique, ñ posse absol.te separari ab humanitate existente in aliquo loco; et

ut

ut illam beat sibi iunctam in aliquo loco n̄ e n̄e, quod illam sibi ubique iungat.

Dico 6. Humanitas ē subj receptionis, et sustentationis unionis hypostat.ᵉ; Verbum v.º d.ⁿ tn̄ ē purus tns perficiens intrinsecus illius. 1.ª declarationis pars mihi ē certa. q.ª unio hypostat.ª uniatur humanitati, et det fundam.ᵗᵐ, ut recipiatur ad mum illi adiacentis, siquidem ē illam immutat ut mus ipsius: g.º recipitur in illa. Patet cōa. q.ª ex duobus unitis et mutatis illud ē subj., quod dat fundamentum, ut recipiat ad mum per se stantis relative ad aliud: et illud ē fra, quod dat fundamentum ut recipiat ad mum adheri adiacentis, ut docui in Phys. lib. 1. dcō.ª 2.ª diss. 2. sec. 3.: g.º &c.

Rursus cum unio hypostatica n̄ creet, sed educat ex pōa subi, cū educat ex Verbo d.º tn̄ ex subō sustentationis et passionis, n̄e ē, quod educatur ex pōa humanitatis, quam perficit, et immutat; accedit quod educat per actionē qua seipsa uniat humanitati, et petat illi uniri, ut educat unionem illius cum Verbo; supponendo ipsam humanitatem existentem: in quibus salvat essa ē malis, sive subiecti sustentationis, et passionis, ut dixi lib. 2. Phys. dcō.ª 3. diss. 2. sec. 3.: g.º humanitas Xpi ē subj receptionis, et subj sustentationis, et passionis unionis hypostat.ᵉ, sive ē cā matis illius.

2.ª v.º pars, cui n̄ oēs consentiunt, probatur. Verbum d.ᵐ intrinseca unitam humanitati, quam unionis cum humanitate; dī tn̄ subj receptionis et sustentatio-

nis

nis: sed tm mgm purus tais perficiens intrinse-
cus, tam humanitatis, qm unionis hypostat.ae
Maiorem fusè probavi 1. p. nova 1.a diss. 1. sec. 3. subs.
2.. Minorem v.o satis ostendi hic subsec. 2.. Ultima
v.o patet. quia nullum aliud munus potest ex-
ercere. At v.o si roges, quid nos puri tais per-
ficientis intrinsecè intelligamus, facile dicas
ex iis, quae 1. p. ubi s.a latius exposui: Verbum
D. ut purus tais perficiens intrinsecus unitur
unioni hypostat.ae et humanitati; quia inde è in-
finitè perfectum, et completum, et ideo nullum
incrementum, aut detrimentum quoad per-
fectionem entitativam accipit ex unione
intrinseca ad humanitatem, quam perfi-
cit.

## Sec. 2.a

## Humanitas Xpi sanctificatur formaliter per unionem hypostaticam

Noto 1.o in praesenti nos non agere de sanctifi-
catione humanitatis vi unionis hypostat.ae me-
diate et exactive: nam in rogamus: an unio-
ni hypostat.ae sit debita gratia habitualis, seu alia
forma sanctificans, per quam humanitas red-
datur formaliter sancta; sed agere de sanctificatione
formali et immediata vi unionis hypostat.ae ut distinc-
ta tam a gratia habituali, quam à quavis alia
sanctitate creata, seu increata: et rogamus:
An humanitas Xpi, seclusa quovis alio dono si-
ne gratia et sanctitate sit formaliter sancta per
unionem hypostaticam?

Noto 2.o contra Nestorianos cer-
tum esse de fide Xpum Dnum etiam ut hominem
à 1.o suae conceptionis instanti fuisse sanctum, Deo
gratum, et habuisse ius ad vitam aeternam

per

ut constat ex illo Luc. c. 3. Quod n. ex te nascetur Sanctum &c: et ex illo Joan. c. 10. Quem Deus sanctificavit, et misit in Mundum. Quae verba de Xpo ut hoc interpretantur Patres, ut D. Hilarius 7 de Trinitate, D. Athanasius lib. de Hum. natura suscepta, D. Chrisostomus hom. 60 in Joan. et alij.

Noto 3.° sanctum posse sumi stricte et late: late usurpatur, qdo sumitur pro quavis re Deo sacra: in quo sensu etiam res inanimatae, sicut vasa, et alia ornamenta divino cultui dicata, dicuntur sacrae: et sic non usurpatur tamen sanctum in hoc sensu: stricte vero et proprie sumitur, qdo usurpatur pro subiecto ornato sanctitate, et sanctificatione propria, nempe perfecta animi iustitia et munditie a peccato, praesertim mortali, sordibusque: et in hoc sensu hic usurpatur.

Noto 4.° sanctitatem magnifice laudari et in hunc modum definiri à D. Dionisio de D. Nomin. c. 12. Formaliter stricta, et propria iustitia, sive sanctitas est ab omni immunditia libera, et omnino incontaminata puritas. Unde ut sit absolute sanctitas, sive iustitia debet esse puritas perfecta ab omni immunditia peccati mortalis, et ut sit perfectissima debet etiam esse libera a sordibus peccati venialis. Insuper sanctitas ita recedit à peccati immunditia, ut reddat animam habilem et bene dispositam ad operandum honeste et supernaturaliter.

Noto 5.° gratiam habitualem et quamlibet aliam sanctitatem, sive iustitiam propriam et strictam iure appellari a Theologis participationem divinae naturae ex illo Petri ep. 2. c. 1. Per quam maxima et preciosa nobis promissa donavit, ut per haec efficiamini divinae consortes

nae

Nᵉ. Etenim sicut Deus, quâ filii ut primæ formæ totius iustitiæ, rectæque nois regulæ sanctissimus, é, ita é visus Nᵉ substantialiter sanctus, ut omni peccati immunditiam excludat, sibique sit gratissimus, gaudeatque potestate ad opera honesta, et iure ad æternam felicitatem; ita crea realis hac stricta iustitia, et sanctitate iusta et sancta, ab oi culpa saltem mortali est libera, Deo grata, cum potestate ad opera supernalia, et specialiter ad cogem et amorem Dei supernalem, qui sit operationes propriæ dicti Nᵉ et etiam cum iure ad æternam felicitatem. Et quâ hac sanctitate iusti et sancti gaudent prædicta participatione dicti Nᵉ appellantur à Xpo Dño Dij Joan. c. 10. si illos dixit Deos vocant, et filij Dei, et sunt ius hæreditarium ad Dei bona, habilesque fiunt ad operationes dicti Nᵉ proprias vt intellectionem, et amores supernales per simultaneam infusionem habituum supernalium, qui illi sanctitati debent.

His prænotatis, 1a. 1a. cui præcedentem difficultatem docet Humanitatem sanctificari formaliter per unionem hypostaticam ut distinctam à personalitate Verbi. Ita omnes, quos infra adducemus præsentia docente Xpum Dnum indiguisse gratia habituali, ut esset sanctus, Deo gratus, et mereretur: et ex ijs, qui docent humanitatem sanctificari vi unionis hypostaticæ, Vasq. dispe 41. c. 4 Ragusa dispe 61 § 2. Ledov. de Torres opusc. 6 de gra dispe 1. dub. 2. Becanus c. 8. q. 1. Granadus dispe 1. Lugo dispe 16 sec. nº 27. Turca dispe 36 nº 10. Esparza q. 7. art. 1. dispe 1. Arriaga dispe 31. sec. 3. Pd. Hurtado 21. nº 116. Ortega tom

disp. 4. q. 2 Centam. 3. et coitr RR. Et etiã Scot. apd Ponet disp. 11. art. 2 §1. 2.ª sentia docet humanitatem sanctificari formaliter per unionem hypostaticam. Ita Ocamus ex mente Gabrielis in 3 dist. 1ª q. 2. et ipse Gabriel. Insuper P. Lessius lib. 12 de div. perfectionibus c. 6 qtq asserit unionem [illegible] sui lege vim excludendi peccatum, P. Suarez disp. 53 de Incar. sec. 3. § Ex his manifeste, P. Vvadingus disp. 5 dub. 1. qtq dicit, si daret unio dicta, eam futuram gratiam sanctificantem; P. Bernal disp. 29 sec. 4. P. Vvadingus disp. 5 dub. 1. P. Alderete disp. 35 [illegible] Salmanticensis. ~~[illegible]~~

Unde infert 1.º, quam immerito dicant H.do et Arr.a, ubi s.a tn [illegible] .1. alterum R.m in manuscriptis suis 2.am sentiam defendere. Infert 2.º Illustrissimum Godoy perperam dixisse Eximium D.rem sui oblitum 1.am sentiam docuisse disp. 18 sec. 1.; q.a et si n. adeo perspicue loquat, manifeste tradit eamdem 2.am sentiam his verbis. Non nego tn posse, mente scindi donum illud creatum, quod e unio, a dono increato ipsius Verbi, et in illo considerari aliquam sanctificationem, et excellentiam. Que verba si attente meditatus fuisset Godoy, n. dixisset fuisse sui oblitum D.rem eximium.

Sit nostra conclusio cum 2.a sentia. Unio hypostatica qtq e quid creatum, et distinctum à personalitate Verbi sanctificat formaliter et ut quod humanitatem Xpi Dni. Pbo 1.º conclusionem. Ideo unio hypostatica n. eet forma sanctificans ut quod humanitatem, q.a etsi

sit

sit dr non physica participatio, id est exeo, quod sit causalitas, via, et unio sanctitatis formalis, est causalitas via, et unio quae formalis non comunicat subiecto effectum formalem suum; sicut causalitas quae efficientis non est causa efficiens; ideo bene potest compromi unionem hypostaticam esse causalisatem, viam, et unionem suam formaliter sanctificantis, et simul ipsam esse sanctitatem formalem, ut quod: ergo hoc ratio non probat unionem hypostaticam non esse sanctitatem formalem ut quod. Probo minorem quia licet unio hypostatica non comunicet humanitati effectum formalem specificum substantialiter sancti, quem comunicat personalitas vel divinitas; potest comunicare alium effectum formalem inferiorem sancti formaliter. sicut causalitas quae efficientis licet non possit causare per modum quae efficientis eosdem effectus, quos causa efficiens, cuius est causalitas, producit: potest tamen esse causa efficiens aliorum effectuum, nempe suae valicationis, durationis etc. et albedinis unio, licet non comunicet subiecto effectum formalem albi, nec sit ratio de albandi ut quod, sed tamen ut quo; comunicat tamen effectum formalem accidentaliter informati; et similis est albedini, cum ea quod convenit in effectu formali generico accidentaliter informandi

Sect. 3a

Nostra conclusio amplius roboratur.

Licet rationem, quam pro nostra conclusione proposuimus, enervare dicas 1o. Ideo unio albedinis convenit cum albedine in effectu formali accidentaliter informandi; quia iste effectus generius est, et scindit ab effectu formali completo, et incompleto; et ideo non convenit in effectu formali de albandi; quia iste effectus formalis est in sua linea perfectus, completus, et determinatus. [struck out] effectus

finalis sanctificandi, et quod est in sua linea
perfectus, completus, et determinatus, nequit communicari
ab unione hypostatica, quae est causalitas, via
et unio formae sanctificantis formaliter, et ut quod.
Ideo distinguo maiorem:
ideo posse quod iste effectus formalis est in sua linea per-
fectus, completus, et determinatus: nego maiorem; quia est effectus
specificus illius formae, cuius est causalitas, via, et unio:
concedo maiorem, et negata minori, distinguo consequentiam:
non nequit communicari effectus formalis completus specificus
formae ab unione hypostatica, quae est causalitas, via,
et unio ipsius: concedo consequentiam: effectus completus, non
specificus: nego consequentiam. Etenim effectus formalis a-
dorationis non est minus perfectus, et completus in
sua linea, quam effectus formalis sanctificationis;
et nihilominus humanitas Christi Domini redditur
ab unione hypostatica formaliter adorabilis, ut
adoratione inferiori ad adorationem, quae
participat rem realem: Ut effectus formalis sancti-
ficationis sit perfectus, et in sua linea comple-
tus, potest humanitas Christi Domini fieri formaliter sanc-
ta ab unione hypostatica, ut sanctitate infe-
riori ad sanctitatem ei convenientem ex per-
sonalitate reali, seu Deitate: sicut Verbum vi-
vit formaliter vita physica per actionem producti-
vam cognitionis, seu amoris; et per ipsam in-
tellectionem sive amorem vivit formaliter vi-
ta intentionali perfectione; sic causalitas
formae potest communicare effectum perfectum et comple-
tum in suo genere, ut ipsa forma tribuat
alium effectum eiusdem generis, diversum tamen
speciei. Quod autem subiectum albedinis per productionem
ipsius albedinis non reddatur generice album
non convenit ex eo, quod sit actio, sive via; sed ex
eo

eo, quod in effu non appareat convenientia generica: nam si admittamus plures albedines specie diversas, et unam alia perfectiorem, nulla appareret hoc detitulo repugnantia, non cuius non posset dari de albatio generis ab unione albedinis.

Instas. Demus ea potius albedines predicto modo specie diversas. In ea hypothesi unio vel productio albedinis non possent communicare effectum formalem, et inferiorem albi: ergo unio hypostaticam non potest communicare effectum formalem, et inferiorem, sanctae humanitati. Probatur ansequentia quia nisi vg. unioni, actioni ea solum formalia conveniunt, quae sunt necessaria ut exerceant illud munus, ad quod Philosophi necessitate compulsi eos admisere; sed ad munus uniendi, producendi etc. non est necessaria virtus formalitas dealbativa in unione, aut productione albedinis, neque virtus formalitas sanctificativa in unione hypostatica ergo sicut unioni et actioni albedinis non conceditur effectus formalis dealbandi, ita unioni hypostaticae non est concedendus effectus formalis sanctificandi.

Huic levitati instantiis facile occurro per instantiam. Actioni productivae albedinis concedunt omnes, et etiam adversarii denominationem dealbandi saltem ut quo; sed quia ut actio illa exerceat munus producendi non requiritur quod dealbet ut quo: nam plures dantur actiones, quae munus producendi exercent, quae tamen non albent ut quo vg. calefactiones: ergo omnes, et etiam adversarii concedunt actioni productivae albedinis plusquam necessarium est, ut ipsa exerceat munus producendi. Respondebis munus dealbandi ut quo non esse necessarium ad conceptum actionis genericae

nicè accepta; et tn nativus ad receptum talis actionis productivæ, sive unitivæ albedinis. Optime quidem meam instantiam solvisti, id est tuã solutionem probasti. Etenim lt sit extra receptum unionis hypostca, ut præcise unio ē, sanctificare formalita, atq inde n sit gratis natium, ut ipsa uniat; n ē extra receptum talis unionis sanctificare formalita; atq inde ē gratum conveniens unioni hypostcæ ut tali.

Instas iterum. Unio vel productio albedinis ut unio vel productio albedinis tm dealbat ut quo: ergo unio hypostica ut ē talis unio personæ Verbi tm sanctificat, ut quo. Patet cons. q.a sicut ex eo, quod unio vel actio albedinis dealbet, ut quo, n bene infert, quod dealbet ut quod, etsi minus perfectè, qm albedo; ita ex eo quod unio hypostica sanctificet ut quo, n bene infert, quod sanctificet ut quod, lt sanctificatione minus perfecta.

Huic instantiæ egregie aurem reo, n adeo fundamtm ad recedendum unioni l. productioni albedinis, dealbationem ut quod; ~~...~~ ~~...~~ ~~...~~ ~~...~~ adeo fundamentum ad recedendum unioni hypostcæ sanctificationem, sive sanctitatem ut quod inferiorem sanctitate conveniente humanitati Dñi, ex eo, quod illi conveniat sanctificatio ut quo. Idq instantijs ostendo. 1o. q.a unioni hypostcæ conveniat adorabilitas ut quo, latriæ conveniens à Verbo ut quod ē fundamtm ut ipsi unioni redatur adorabilitas ut quod

hypoca

hypostaticae. 2º Productio intellectionis ex eo, quod sit productio vitae intentionalis repraesentativae, et intellectio ut quo, est vita ut quod physica: nam in hac denominatio vivendi vita physica provenit solum, accidentaliter ut quod ab illa productione, sive operatione physica immanente: ergo sicut quatenus ea actio est productio vitae intentionalis ut quod, et ideo vita intentionalis ut quo adest fundamentum, ut sit vita physica ut quod; pariter ita quatenus unio hypostatica est sanctitas ut quo relative ad increatam sanctitatem sanctificantem ut quod, adest fundamentum, ut dicamus illi convenire gradum sanctitatis increatae ut quod; siquidem ex eo, quod sit unio talis hypostatica, debet esse coniunctio cum divina natura; et eminentior excellentior participatio divinae naturae, quam ea, quae reperitur in habituali gratia.

Instas 3º Productioni seu unioni gratiae habitualis non posse accommodari cum fundamento gradum sanctitatis ut quod, inferioris ordinis illi sanctitatis gratiae habitualis; quoniam neque unioni hypostaticae. Et quidem si adest fundamentum, ut huic tribuatur, idem erit sufficiens ut illi attribuatur. Etenim si unio hypostatica sanctificet ut quod, effectus formalis sancti ex illa resultans erit perfectior, quam qui resultet ex gratia habituali, etiamsi uterque sit creatus: ergo si unio vel productio gratiae habitualis sanctificaret ut quod, effectus formalis resultans posset esse imperfectior, quam qui resultat ex gratia habituali sanctificante ut quod.

Non iudico improbabile recedere unioni, vel productioni gratiae habitualis virtutem sanctificandi ut quod habituali gratia inferiorem, ut opinatur Pater Peynal. Huic tamen solutio-

ni

ni absolute ni acquiesco, ut cogamur reduci
omni actioni sit effectum finalem inferiorem, et ergo
alium effectum finalem ut quod eiusdem ordinis,
et inferioris speciei sui finis, quare sit causa-
litatis ~~[illegible]~~ reflexe anti, negative ~~[illegible]~~

Quaeque res, reflexe anti-
negative uam. Discrimen consistit in eo, quod gratia
habitualis sit gratia sanctificans ut quod, quia
per imitationem est participatio divinae naturae: quae qui-
dem imitatio sita est in eo, quod sicut divina natura
radicat ~~[illegible]~~ omnia attributa divina, et praesen-
tim intellectionem, et volitionem: ita gratia ha-
bitualis [radicat] omnia dona supernaturalia praesertim intellec-
tiones et volitionem supernaturales: et cum natura
divina non radicet tantum via et ratione alterius
sed tantum tanquam, et ratione sui, nequit convenire ra-
tio sanctificandi ut quod per imitationem divinae naturae
unioni vel productioni gratiae habitualis, sed tantum
ipsi gratiae habituali. Unio vero hypostatica non est sanc-
titas ut quod fieri per imitationem divinae naturae,
sed per veram et physicam coniunctionem cum
divina natura, et huius nulla alia est capax gratia, quae
participet ~~[illegible]~~ sanctitatem Dei. Et
quidem si gratia habitualis sanctificat ut quod,
quia est radix operationis supernaturalis et habet se
quasi praedit a divina natura ut talis est; etiam unio hypos-
tatica sanctificat ut quod; quia radicat prima-
rio omnia dona supernaturalia praesertim intellectiones
et volitionem supernaturalem, quae intrinsece physice
uniuntur divinae naturae qua talis est. Ergo divinae relationes,
et attributa, quia per identitatem, et ideo perfectissime
participant divinam naturam sunt ratione sui et ipsae forma-
liter sanctitas, uti pauci ex adversariis docent,
et nobis uniuntur, nos formaliter sanctificarent,

Et

ter: sanctificent d.am V.am: p.o unio hypost.ca sanc-
tificat ut quod humanitatem, ita physice parti-
cipat d.am na.m et ~~sancti~~ sanctitate quadam in-
feriori ad sanctitatem phy. participantis per
identitatem d.am Na.m.

Instas 4.o: si participatio
physica d.ae na.e, quae invenit.r in unione hypost.ca
foret sufficiens, ut ipsa esset sanctitas ut quod
etiam actio productiva unionis hypost.ae esset
sanctitas ut quod, et inferioris speciei ad ip-
sam unionem; sed hoc nequit sustineri: ergo ne-
que illud, ex quo infert.r Probat.o illatio manif.
quasi coniunctio physica ut quo cum sanctitate
Increata sit quae req.a ut sanctificet formalita ut
quod, et sanctificatione quadam inferiori;
etiam coniunctio physica cum sanctitate crea-
ta, et participationem sit quae req.a, ut sanc-
tificet formalita ut quod, et sanctificatione qua-
dam inferiori. Confirmat.r Causalitas phy. sancti-
ficantis ut quod nempe personalitatis Verbi
potest esse sanctitas ut quo relative ad sancti-
tatem Increatam, quam unit, et simul ipsa
esse sanctitas, ut quod: ergo productio unionis hy-
post.ae potest esse sanctificatio ut quo relati-
ve ad sanctitatem superiorem physice constitutam
in unione hypost.ca et simul ipsa esse sanc-
titas ut quod inferiori sanctitate dependen-
te in unione ipsa hypost.ca.

Resp. neg.do maius, et eius
probationem. Etenim non quaevis participatio sanc-
titatis est sanctitas formalita, sive sanctificat ut
quod; sed ea solum, quae aliquo de titulo est
participatio d.ae Na.e, vel per identitatem, qualis
est sanctitas Increata: vel per ~~unionem~~ coniunctionem phy-

sicam

sicam, qualis é unio hypostica, vel per puram imitationem, qualis é gratia habitualis. quia prod. cum productio unionis hypostae ... n. fit sanctitas per identitatem, neque per imitationem ... et é certum, neque per iunctionem physicam immediatam, siquidem ... et immediate, mediate, et ... quae unionis hypostae, quae é immediata iunctio cum Deo, iungat physice cum ipsa, ideo nulla quae participat naturam divinam, neque sanctificat ut quod. Etenim sicut ea productio, ut sit productio unionis hypost. ... specificat a ..., sicut specificat unio hypostica; ita non sanctificat ut quod, sicut sanctificat unio hypostica. Insuper sanctificatio ut quod per iunctionem physicam consistit in indivisibili; aliquin non posset recipere magis et minus; et ... minus et minus sanctificarent ut quod, quae mediatam et ... mediatam ... participationem divinae naturae; ac proinde ... actionis productivae minus sanctificaret ut quod, et sic de ceteris: igitur sistendum in immediata physica iunctione cum Deo. Unde ad ...ationem, ... ans, et nego cons. ob eamdem rationem.

Hinc ... 2.a conclusionem. Participatio d. n. é forma sanctificans: et ideo gratia habitualis é forma sanctificans, quae participat divinam naturam per imitationem, seu assimilationem; sed unio hypostica é perfectior participatio d. n., et quidem perfectior, quam gratia habitualis; siquidem per eam perfectius iungitur humanitas cum d.a N.a, nam iungitur per immediatam physicam et realem iunctionem ad personalitatem realem: ergo unio hypostica é forma sanctificans. ...

Sec. 3a
Alijs rōnibus nra. sententia munitur.

Pbo 3.o Unio hypostca. ē perfectior creata Beatitudine, ut fatentur adversarij: ergo illam radicat, ac verā ē sanctitas formalis. Pbo aām. q.a cum unio hypostca. n̄ sit forāliter Beatitudo creata, nequit ēē perfectior Beatitudine creata, nisi eam redūet formaliter. Pbo ans. qa Beatitudo ē aggregatum oīum bonorum, in quo tandem quiescit ās. et sine illo tristis et anxius manet; quapropter anima rōnale, si daret illi optio, potius eligeret Beatitudinem, quam quodlibet aliud bonum creatum: ergo si unio hypostca. n̄ sit Beatitudo formaliter, nec eminenter, qtenus illam radicet, n̄ potest ēē majus bonum creatum imo nec æquale, qm formalis Beatitudo; sed n̄ ē formalis Beatitudo, et ē creatum majus bonum et perfectius, qm Beatitudo formalis: ergo illam radicat et verē ē sanctitas formalis. Pbatur. Ld ē creatum rōnali magis bonum, quod reddit illam magis felicem: Atqui unio hypostca. n̄ sit Beatitudo formalis, si n̄ esset radix Beatitudo eminenter, qtenus ut fieri esset sanctitas formalis radicans Beatitudinem formalem, redderet formalita minus felicem creaturam rōnalem, qm visio et amor Dei: siquidem Beatitudo formalis tribuat per se excellentiam felicitatis; et unio hypostca. nec formalita, nec eminenter et radicalita poneret sui felicitatis per excellentiam: ergo unio hypostca. minus bona, eiusque perfectior qm visio et amor Dei, perficit Beatitudo formalis.

Pbo 4.o Unio hypostca. gratia, quam Xrum rōe sui creditur perfectior gra habituali, Dei; sed perfectior grā habituali, nisi radicaret Beatitudinem formalem: ergo illam radicat, et ea verē ē sanctitas formalis. Pbo maj. Inter bona creata illud ē melius, quod excellentius Dei perfectiones participat: et ideo gra habitualis ē perfectior creaturā rōnali,

et reliquis habitibus infusis; q.a gratia participat Ess.ª D.ª: reliqui v.o habitus attributa D.ª, quae sunt distinctae perfectiones, quam D.a nata est; ergo si unio hypostatica non esset radix Beatitudinis, non participaret divinam essentiam ut existentem in statu gratio radicis, sed aliud attributum div.m; ergo si unio hypostatica non radicaret Beatitudinem formalem, non esset perfectior, immo nec esset aeque perfecta, ac gratia habitualis; siquidem numeranda foret inter alia dona supernalia, quae solum participant aliquod attributum div.m et ideo sunt minus perfecta, quam gratia habitualis quae participat div.m essentiam.

Nec unionem hypostaticam excedere perfectionem gratia habituali q.a perfectius participat attributum div.m, quam gratia essentiam div.m ... ideo unio hypostatica participaret melius aliquod attributum Dei, quam gratia essentiam div.m, q.a esset substantialis, gratia v.o accidens; haec ratio nulla est. Nego q.a si unio hypostatica esset accidens, qualis esset illa, quae non constitueret totum substantiale, sed illud separaret, ut S.a S.ª sancti ficaret humanitatem, etiam esset perfectior gratia habituali; siquidem physice stabiliter coniungeret humanitatem cum ~~[illegible]~~, et summam Dei complacentiam, et sanctificationem induceret, quam gratia habitualis non praestaret: ergo unio hypostatica non est perfectior gratia habituali, q.a est substantia, sed q.a gaudet excellentiori gradu supernaturalitatis ex eo quod participet excellentius ... Dei gradus, ut ... div.m; hinc q.a unio hypostatica non superat gratiam habitualem eo q.a est substantia, sed q.a est supernalis in gradu superiori: ideo quae plura sunt, quibus cuilibet ... ex causis; alioquin etiam Angelus ... q.a est substantia excederet gratiam habitualem, et quodlibet aliud accidens supernale perfectius.

Pro 5.°

s. 4. c. 5

Obs 5.º Relatio filiationis et quodvis aliud attributum Dni est increata extralis sanctitas, quia importat realem identitatem cum Natura Da; at unio hypostatica vere physice, qua unit humanitatem cum Da Na; ergo est vere et formaliter sanctitas sanctificans, et quod humanitatem, si sponsae ac Filiatio Da personam realem, et quidem hypostatica participatae et inferioris. Sic nam quia unio physica cum Na Da est maxima, et proxima participatio, ac imitatio realis identitatis cum Da Na: nam unio physica ita imitatur identitatem realem, ut nihil magis possit accedere, seu possidari similius identitati reali; et ideo haec unio vocatur summa identitatis imitatio: ergo si identitas realis cum Na Da et talis formaliter est sanctitas formalis increata Dei, unio physica humanitatis cum Na Da, ut pote imitatio et participatio illius erit sanctitas creata et participata sanctificans, ut quod humanitatem. Patet hoc, quia summa sanctitatis increatae et participatio natura est sanctitas creata et participata; ut manifeste ostenditur in gratia habituali, quae, quia participat Dei essentiam, quae est sanctitas Dei; ideo omnium consensu dicitur sanctitas participata: ergo cum unio hypostatica humanitatis cum Na Da sit summa participatio identitatis cum natura Divina, quae identitas Dei est etiam sanctitas formalis, nequit non esse sanctitas participata.

Haec difficiliora sunt, non tam loquuntur de genere, quam eximij Doctoris. Reo quod sane loquitur nullam esse: In creatis Dominus filij adoptivi peccata: Domini scelera servi: et quilibet homo alterius cognati homo crimina impedire tenet: quod Deus tenet impedire culpas servi, et filij adoptivi. Ratio est quia in Deo desideratur ratio, propter quam talis obligatio hominibus incumbit: homines enim tenentur impedire peccata propinquis sui: homines enim ex eo, quod sint eiusdem naturae, dent inter se propinquitatem; et quilibet homo iure dicitur proximus alterius; et ratione huius propinquitatis, quamvis superior non sit, tenet vitare alterius peccata, si commode possit: unde inter Deum et filios adoptivos iunctos eo maior erit obligatio vitandi peccata personae iunctae, quo maior fuerit iunctio. Insuper tenentur homines in particulari ad filij, servi etc. ratione speciale, quae ipsos exercet potestatem.

Deus vero non tenetur vitare peccata servi, et filij adoptivi titulo potestatis in alterius actiones, ut in obiectione recte ostenditur; et etiam patet ex eo, quod si hoc titulo Deus teneretur peccata impedire, cum sit omnium Dominus, teneretur omnium peccata vitare; quod non potest componi cum supremo ipsius dominio: nec tenetur titulo propinquitatis; quia servi et filij adoptivi Dei, cum sint purae creaturae, infinite distant à Deo, et ubi infinita distantia intercedit, nequit esse propinquitas. Unde licet creatura titulo potestatis, vel si mavis, propinquitatis teneat impedire peccata filij adoptivi, cui redditur proximior per naturam specificam, et adoptionem; nihilominus quia Deus, cum infinite distet à filio adoptivo, nequit esse ei propinquus; ac proinde non tenetur titulo propinquitatis eius vitare peccata.

Urget tamen paritas, ut Deus obligetur vitare peccata humanitatis Christi Domini nostri; quia [illegible] unio humanitatis cum Verbo non est ea, quae in humanis fundat obligationem vitandi peccata personis iunctis: siquidem Deus iungitur physice cum humanitate ita, ut ex Verbo Dei et humanitate, resultet idem suppositum, atque Christus ut sic filius Dei naturalis vere appelletur. et quamvis humanitas infinite distet infinite à Deo, tamen [illegible] talem unionem cum Verbum, ut ut sic Christus valde propinquus sit Deo: quemadmodum corpus per physicam unionis iure reditur proximum animae: imo et propinquior, quam homines inter se; nam, cum unio physica, ita adunet, ut ex extremis unitis resultet unum per se, nequit non esse summa coniunctio infra identitatem: quae est maior extremorum iunctio, quam quae inveniuntur inter homines; siquidem haec fundatur in specifica unitate et convenientia hominum. quapropter indecens est, et [illegible] recti

ri dissonum, Deum permittere peccata in humanitate adeo stricte sibi iunctam, et propinquam; et permittere, ut filius suus realis fiat peccator, et odio dignus.

Nec obstat id, quod additur de nece, egritudine, aliisque malis physicis, disparitas n. manifesta e. Pater increatus, cum n. habeat Dominium q.a vitam et mortem filii, obligat ad vitanda huiusmodi mala in filio, q.do filius n. potest licite ea mala sibi procurare, seu permittere; Deus v.o, cum sit supremus oius D.nus, potest n. solum permittere, sed positive causare propter suum finem in quolibet ea mala physica.

Unde colligitur Angelum, si hypostatice assumeret humanitatem, teneri obligatione morali ad vitanda peccata illius si commode posset, vel solo titulo propinquitatis: etenim obligatio cohibendi alterius crimina in sola personarum, seu naturarum propinquitate fundatur, dummodo id commode fieri possit, etiam si una illa, seu persona n. habeat potestatem superioritatis in actiones alterius: et ideo sed, et superior n. sit, tenetur roe solius propinquitatis vitare aliorum suorum peccata; imo et filius strictiore obligatione tenetur vitare peccata patris, licet n. sit eius superior, sed potius subditus. At v.o si Angelus assumeret oius bonus, teneretur illam cohibere, ne damnum inferret proximo: q.a Angelus n. est supremus dominus in alterius bona: Deus v.o n. teneretur, q.a oius supremus e D.nus.

Sec. 6

An humanitas Xpi D.ni de facto reddatur positive intrinsece subsistentia impeccabilis ab unione hypostatica?

Sit nostra conclusio: Humanitas Xpi D.ni de facto redditur

pos-

positive intrinsece subsistita impeccabilis ab unione hypostatica. Pro. ea e impeccabilitas intrinseca positiva subsistens quae independenter in ee et conservari ab usu libertatis humanitatis, ita intrinsece perficit et sanctificat illam, ut ratione suae perfectionis subsistentis reddat metaphysica necessitate impossibile peccatum ipsius humanitatis; sed personalitas verbi, ita intrinsece perficit et sanctificat humanitatem Christi Domini, ut independenter ab eius libertate in ee et conservari ratione suae increatae perfectionis subsistentis reddit metaphysica necessitate impossibile peccatum ipsius humanitatis: ergo personalitas verbi e impeccabilitas intrinseca positiva subsistens humanitatis Christi Domini.

~~Maior e perspicua: nam im-peccabilitas, seu sua impeccabilitas~~

~~Maior e perspicua: nam im-peccabilitas ans sit omnino~~

Maior e perspicua: nam impeccabilitas ans absolute et simpliciter talis, nil aliud sit nisi indifferentia per intrinsece et extrinsece, ac proinde absolute et simpliciter incompossibilis cum peccato, et si peccato, impeccabilitas opposita absolute et simpliciter talis e impossibilitas peccati ans exercitium libertatis, seu impotentia peccandi, quam non ponat ipsa libertas, sed quam supponat: etenim ex observatione praecepti in instanti reali A, reddatur peccatum seu transgressio opposita praecepti pro eodem instanti A voluntati impossibilis: ea impossibilitas peccati non e sua impeccabilitatis, quia e impotentia ad peccandum ex suppositione, et inducitur ab usu, et actu 2.o per liberis ad peccandum; ac proinde non impedit libertatem ad peccandum: quocirca impeccabilitas debet ee independens in ee et conservari ab actu 2.o per liberis: ergo ea sua, quae ratione independenter ab actu 2.o sive exercitio libertatis reddit

meta

Hic in extremo margine ... ad positionem defendunt, etiam ostendo. 1. Ex humanitas Christi fuerit impeccabilis, ac peccatum e impossibile cum unione hypostatica ... Ex impeccabilitas peccati cum unione optime cohaeret cum potentia proxima, et expedita ad peccandum; ... proxima et expedita ad peccandum ... impeccabilitas, et potentia peccabilitas ... ... Christi e impossibilis ... ad positum; et tamen e possibilis cum potentia proxima et expedita ad ipsum etiam in sensu composito praedicationis ad ipsum: ergo ... Utrumque datur eadem ... ratio, datur idem ... : et utrumque ... datur eadem

metaphysica necessitate impotentiae peccandi est prima impeccabilitatis simpliciter talis.

Dixeris vero 2o. quia Deitas, personalitas Verbi, et unio hypostatica adeo perfecte sanctificant humanitatem, ut essentialiter repugnent omni peccato humanitatis: ut late a nobis demonstratum est. Ausus defacto communicant humanitati independenter illa et conservari ab usu libertatis ipsius. 1o. quia ubi non datur efficax ratio, seu revelatio, debemus credere ex gratia bonitatis Dei, res poni defacto eo ordine, quo petunt naturaliter poni, etiamsi aliquod intercedat miraculum, ne multiplicent sine necessitate miracula; sed personalitas Verbi erga humanitatis, sicut quaevis alia subsistentia erga suas, exigunt naturaliter poni prioriori et independenter in esse et conservari ab usu libertatis, quam complent: nam ex natura rei prius est naturam esse completam in suo esse substantiali, quam ipsam actualiter operari: ergo ex gratia bonitatis Dei debemus credere personalitatem Verbi communicatam fuisse humanitati Christi Domini prioriori, et omnino independenter in esse et conservari ab usu libertatis humanitatis.

Confirmatur. quia omnes Theologi ~~[illegible]~~ supponunt, ~~[illegible]~~: supponunt humanitati Christi Domini non fuisse liberam unionem cum Verbo: nec Christo fuisse liberum esse vel non esse Christum.

Confirmatur. quia omnes Theologi supponunt non fuisse in potestate humanitatis Christi Domini unionem cum Verbo: nec Christo fuisse liberum esse vel non esse Christum; si unio hypostatica communicata fuisset, et conservata dependenter ab usu libertatis huma-

ni

ostitutiva, dari idem ostitutum.

Nego consequentiam: ... respondens recurrit ad negandum consequentiam dictam: asserens quod primam primam et expeditam ad peccandum esse imperfectionem moralem etiam impotentia cum unione hypostatica: et ratio instantiae: quia prima expedita ad peccandum, est bona, et amabilis a Deo: ergo non est imperfectio moralis: Probo consequentiam. quia etiam tota includit x: Non ... consideratione ... ad male peccandi, ponitur a Deo independenter a libertate cui: est ubi nulla intercedit libertas, nec requirit dari imperfectionem moralis: ergo est bona et amabilis a Deo, non solum quoad entitatem, sed quoad omnia: etenim nulla imperfectio moralis intercedit, in eo, ... potuit ... praedi, etiam ... facere, male conjuncti, ergo

nitatis Xpi Dni, fuisset in potestate humanitatis Xpi Dni, et fuisset Xpo Dno liberum esse vel non esse Xpum: ergo etc.

Probatur 2º quia si lege, vel non lege unionem hypostaticam fuisset in libera potestate humanitatis Xpi Dni, nulla esset difficultas in concilianda libertate Xpi Dni cum eius impeccabilitate: etenim si humanitati liberum est, removere ipsam unionem, quae essentialiter impedit omissionem peccaminosam alicuius praecepti, eadem prorsus facilitate posset conciliari libertas Xpi Dni cum eius impeccabilitate, ac libertas viatoris iusti ad omissionem peccaminosam alicuius praecepti cum gratia habituali: quod quidem facile a theologis exponitur: vel quia supponunt gratiam habitualem, quae est impedimentum seu essentiale, seu ex natura rei omissionis peccaminosae alicuius praecepti, dependere in esse et conservari ab usu libertatis, ac proinde expelli posse ab ipsa voluntate creata; ideo theologi pro concilianda libertate Xpi Dni circa alicuius praecepta cum ipsius impeccabilitate, ita conciliant, ut ipsis valde operosum sit concordiam libertatis cum impeccabilitate invenire: ergo quia supponunt impedimentum unionis hypostaticae esse inimpedibile de facto a voluntate humanitatis; ac proinde unionem in esse et conservari non dependere ab usu libertatis.

Probatur 3º quia intrinseca impeccabilitas est magna perfectio in natura: ergo nisi impediat plenam potestatem merendi et obediendi Deo, concedenda est humanitati Xpi Dni; non impedit ut ex dicendis disputatione proxime sequenti manifestum fiet: ergo impeccabilitas de facto concedenda est humanitati Xpi Dni; ergo si unio hypostatica de facto in esse et conservari penderet ab usu libertatis humanitatis Xpi Dni, humanitas Xpi

Nam si B. Virgini, Joanni Baptistae et aliis aliqua impeccabilitas conceditur; Xpo Dno virorum sanctorum exemplari, et capiti maior et perfectior impeccabilitas attribuenda est.

Xpi Dni minime gauderet eâ tâm affectioni impeccabilitatis: q.d.

Restat tn explicare modum, quo unio hypostatica reddat humanitatem Xpi Dni intrinsece impeccabilem. Igitur personalitas Verbi unita humanitati exerit rationem impeccabilitatis ipsius; quia 1.º ipsi intrinseca est, ut est certum: 2.º titulo suae eximiae sanctitatis, et obligationis moralis regendi humanitatem essentialiter exigit humanitati assumptae tribui à Deo, urgente praecepto, auxilia efficacia, ut perfectissime adimpleat praeceptum: 3.º differt à gratia, et independenter ab usu libertatis humanitatis: quia cum personalitas Verbi, ut forma intrinsece complens humanitatem ex natura rei, et supposito quod afferenda sit, exigat esse praevia ad exercitium libertatis, nequit de facto dependere in esse et afferri ab usu libertatis: at Verbum petit, urgente praecepto, auxilia efficacia, ne humanitas peccatis segregetur à personalitate Verbi ipsam sanctificante et gubernante.

Sit 2.ª conclusio. Humanitas Xpi Dni ita sit de facto impeccabilis vi unionis hypostaticae, ut nec de potentia absoluta possit peccare [a] destruendo per peccatum unionem ad Verbum. Hoc veritas multorum Patrum suffragio munitur: Cyril. Alexandrinus de recta fide ad Theodos. ita fatet. 1. Conc. Ephes. c. 4 Postquam Verbi omnia vivificantis caro effecta est, quod peccatum non novit et vestigio statim gratiam ac omnibus nobis stabilem, peccato quae, quod olim tyrannidem exercebat multis partibus, posteriorem redacta est. Consonat Athanasius 1 de incarn.e post initium: Verbum ipse reformavit, neque ulterius eam fraudis diaboli, et inventis mortis susceptibilem reliquit

[a] intra divisionem unionis sit,

Et clarius D. Aug.us 11 de correpti. et gra. ait: neque n. metuendum erat ne ipso ineffabili m(od)o in unitatem personae à Verbo D(e)i na(tur)a humana suscepta per liberum voluntatis peccaret arbitrium; cum ipsa susceptio talis eet, ut na(tur)a hominis à Deo ita susciperetur, nullum in se motum malae voluntatis admitteret.

Inde arguo. Si humanitas Xpi D(omi)ni, semel habita unione ad Verbum, posset peccare, et per peccatum unionem amittere, infirmaret o(mn)io firma, et stabilis, inseparabilis, ac superior peccato, et deinceps insusceptibilis fraudis diabolicae peccati, ut Patres sequuntur, ac proinde metuendum, sane foret, ne per liberum arbitrium in sequenti instanti peccaret: ergo X.a Patres humanitas Xpi D(omi)ni semel habita unione in 1.o suae concept.is instanti non valet in sequentibus peccare, ita ut per peccatum unio dissolvatur: ergo unio hypostatica semel habita è deinceps peccato inamissibilis; ac proinde humanitas Xpi D(omi)ni ita redditur defacto impeccabilis vi unionis hypostaticae, ut nec de pot(enti)a D(e)i absoluta possit peccare in sensu diviso unionis, illam destruendo per peccatum unionem ad Verbum.

Arg. 2.o à r(ation)e. quae incompossibilis cum peccato debet supponi exclusa saltem in sensu, ex parte actus primi, ut possit esse futurum peccatum; sed unio hypostatica è incompossibilis cum peccato: ergo debet supponi exclusa, saltem in sensu ex parte actus primi libertatis, ut possit esse futurum peccatum: ergo unio hypostatica ut defacto producta è in nullo instanti posse amitti per peccatum, in sensu composito. Pr. id, quod prioritate naturae, et independenter ab usu libertatis supponitur absolute exclusum, non valet per usum ipsius libertatis absolute excludi: alioquin n. daretur mutua de-

pen-

dependentia, imo aliquid dependeret a peccato quod est quod
est implicatorium; sed negatio unionis hypostaticae
supponitur de facto exclusa ante usum libertatis humanitatis
ad peccatum, in quovis instanti; siquidem unio hypostatica de facto, producta
in dependenter in esse et conservari ab usu
libertatis humanitatis: ergo unio hypostatica in nullo
instanti potest perire per peccatum ab humanitate
Christi Domini commissum. quae probatur si in aliquo
instanti desineret unio hypostatica, non dissolveretur
a peccato, sed a solo Dei arbitrio, et independenter
a peccato, quam vis in eo instanti, in quo 1º non esset
unio, ea humanitas peccaret.

Obo 2º. Si humanitas
Christi Domini posset peccando amittere unionem hypostaticam,
non esset ex unione simpliciter impeccabilis; sed est simpliciter impeccabilis, ut iam ostensum
est: ergo etc. Obo maiorem. Quia purus homo non est simpliciter
impeccabilis; quia licet non possit ponere peccatum
mortale cum gratia habituali, amissa potest peccando
amittere gratiam: ergo si humanitas Christi posset
peccando amittere unionem, non foret simpliciter
impeccabilis.

Dicendum
Sit 3a conclusio. Unio hypostatica
semel in aliquo instanti habita, ~~[illegible]~~ antecedenter
ad usum libertatis inamissibilis est per
peccatum in sequentibus instantibus ab humanitate
commissum. Huius conclusionis intelligentia suppono
1º unionem hypostaticam ~~[illegible]~~ productam in instanti
A posse absolute destrui in aliis instantibus a Deo suo libero
et supremo dominio, id est decernente absque
peccato et demerito humanitatis assumptae. suppono
2º humanitatem, soluta unione istius ad Verbum,
posse peccare in 1º instanti reali, in quo

unio incipit non esse: et in eo instanti, in quo non existit unio, nihil remanet in humanitate, quod eius peccatum impediat. Suppono 3.º unionem hypostaticam de potentia Dei ordinaria esse indissolubilem; etenim ex natura sua perpetua est, quia cum ex natura sua importet secum visionem Beatam, quae ex natura sua perpetua est, nequit non habere ex natura sua eam perpetuitatem, quam dicit Beatitudo.

~~Suppono 4.º ex dupliciter concluse anti~~ ~~Quaestio tota difficultate~~ Humanitas Christi non posset peccare in sensu diviso unionis, et peccatum quod prius tempore. Ita procedat in destructionis unionis, ita ut solutio unionis hypostaticae proveniat fraliter et demeritorie a peccato humanitatis.

Sec. 2.ª

De sapientis Scotistis pro impeccabilitate humanitatis Christi Domini pugnantibus.

~~Antiquae~~

Sec. 1.ª ostendimus non repugnare humanitatem Christi Domini reddi intrinsece impeccabilem ex unione hypostatica: contra quam resolutionem obiiciunt 1.º Scotistae. Humanitas Christi Domini finita est: ergo potest peccare. Probatur consequentia quia potest deficere a suprema regula honestatis est antecedens sequens: nam finitudam eo ipso, quod finita sit. Deficere a suprema regula honestatis est peccare: ergo etiam post unionem hypostaticam convenit humanitati Christi Domini posse peccare: ergo non potest convenire humanitati Christi Domini impeccabilitas ab intrinseco. Confirmatur. Solus Deus est intrinsece impeccabilis, quia intrinsece infinitus est: ergo humanitas Christi Domini, quae intrinsece finita est, nequit esse intrinsece impeccabilis: ergo post unionem hypostaticam, solus est ab extrinseco impeccabilis. Missis. Ergo inest humanitati ab extrin-

seco

P. c. 26

seo, nē illi ex gra et favore Dei; idq. Deus gratis et liberalitr tribuit. pote de pota absoluta. n̄ tribuere: q. Deus de pota absoluta pote n̄ tribuere impeccabilitatem humanitati Xpi Dni. Pbatr 2º q. ovenit subo simpliciter purio, pote abeo inseparabile; Sd Conare impeccabilitatem ovenit unioni hypostae simpliciter purio: q. conare impeccabilitate ē inseparabile ab unione hypostca; d. teo, supposito posset uniri hypostice Verbo dᵒ: qi impeccabilitas pote, illis imo debet ē unione hypostica conari; quod vero, cum sit absurdum, supponit ans ēē absurdum.

He obiectiones n̄ tangunt difficultatem, de qua disputamus. Etenim nequit dubitari, qn humanitas Xpi sit essentialitr talis, ut illi ante considerat. n̄ requiret peccare; atq. inde ipsa, etiam pote unionem ad Verbum habeat sibi identificatam eam potam, quae radicalis et remota, pota ad peccandum ē; atq quapper quaestio presens ē: an quamvis insit humanitati haec pota adpeccandum. quae ipsi essentialis ē, possit ipsa impediri p unionem, vel an unio sit aliquo mō prium a priori ans exercitium libertatis humanitatis Xpi, ex quo inferat infallibilitr peccatum n̄ ēē futurum. Nam ut corpus humanum possit videri, nihilominus pote reddi, imo de facto sit invisibile in Sacramento Euch.ae: et quamvis humanitas sit finita quoad perfectionem et esse potens peccare, nihilominus ita Scotus sit impeccabilis p Beatitudinem ipsi intrinsecam extrinsecam: q. ut humanitas sit intrinsece, essentialiter finita quoad perfectionem, pote p unionem hypostcam sibi intrinsecam fieri impeccabilis.

Reo dicitur, resso ant, distingo verum: pote peccare absolute et simpliciter et in se

ipso

opposito oiz illorz qui de facto dct: nego etiam: quod non est ex parte humanitatis posse, etiam de potentia extremorum: concedo etiam. Ad iam consequentiam distinguo ans: solus Deus est intrinsece essentialiter impeccabilis: concedo ans. solus Deus est intrinsece impeccabilis sive essentialiter, sive contingenter et accidentaliter: nego ans. Ad 2m consequentiam Resp 1o unionem hypostaticam per se et de facto communicatam importare indefectibilitatem impeccabilitatis; licet enim si communicaret propter exteriorem ad usum libertatis, non tamen conveniret humanitati impeccabilitatis. Resp 2o contra eos, qui indicant impeccabilitatem esse essentialiter inseparabilem ab unione hypostatica, ipsamque communicare impeccabilitatem subo forenti peccare; non vero secundum lapidi etc; quia ipse neque dicit omnino incapacem peccati.

Obiiciunt 2o absurdum est, quod impeccabilitas naturalis et naturaliter sequatur unionem hypostaticam: ergo libere eam sequitur. Ans probatur quia si communicata personalitate Verbi per unionem hypostaticam humanitati, naturaliter communicaretur ipsi impeccabilitas, etiam reliquae perfectiones Dei, nempe omnipotentia, immensitas etc. consequenter naturaliter et consequenter naturaliter communicarent eidem humanitati; id hoc est absurdum: sic consequentia. probatur quia humanitas foret Deitas. Probatur illatio. quia id cui convenit impeccabilitas eodem modo, quo Deo convenit, Deus est; sed humanitati conveniret impeccabilitas eodem modo, quo Deo convenit, nempe naturaliter, et naturaliter, et sine ulla gratia et favore: ergo humanitas esset Deus. Suadetur minor. quia humanitati ita naturaliter convenit impeccabilitas, ut oppositum involvat contradictionem: Rursus ita naturaliter, ut excludat favorem Dei; quia licet gratia sit communicare unionem; facta tamen unione, naturaliter communicat impecc

peccabilitas.

Res nego ant., ad cuius probationem nego ant. Etenim impeccabilitas, quae communicatur humanitati per unionem, non reddit humanitatem impeccabilem per essentiam, et diverso modo denominat Deum impeccabilem, ac denominat humanitatem, ut notari 1.a diss. 4 sect.; et licet personalitas ~~fundet~~ verbi fundet impeccabilitatem humanitatis; non ideo debent communicari humanitati reliquae proprietates D.ae; sicut communicata sanctitate increata, non debent communicari propter rationem disparitatis, quam diss. 3. dedimus.

Ad confirmat.m nego illationem, ad cuius probationem omitto maiorem, et nego minorem, ad cuius probat.em nego ant. quia impeccabilitas non convenit naturae absolute et simpliciter humanitati; sed naturae ex suppositione, quod verbo D.o unita sit. Etenim sicut esse iustus non convenit naturae simpliciter D. Petro, sed naturae ex suppositione, quod careat peccato lethali, et gaudeat gratia iustificante, quae contingenter illi tribuitur; ita esse ~~humanitatem~~ Christi impeccabilem, non convenit naturae simpliciter humanitati Christi Domini, sed naturae ex suppos.e, quod illi communicetur unio hypostatica; Deus vero simpliciter naturae impeccabilis est: nam eo ipso quod Deus sit, sanctus, et impeccabilis est. Igitur licet facta unione, naturae communicetur impeccabilitas; non tamen absolute excludit gratiam favoremque Dei: nam ipsa unio, quae impeccabilitas est, gratia est, et Dei favore confertur: ergo implicat humanitatem fieri per unionem hypostaticam impeccabilem, et fieri impeccabilem exclusa gratia et favore Dei.

Obiiciunt 3.o Illud gratis

quod subiecto competit essentialiter, nequit ab ipso auferri
per formam superadditam; sed esse peccabilem est praedicatum,
quod humanitati competit essentialiter: ergo nequit ab
ipsa auferri per unionem hypostaticam superadditam.
Maior est evidens, et ostenditur tum a priori, tum
ab inductione: a priori. ~~a posteriori, et inductione~~. Quia si praedicatum, quod competit
essentialiter subiecto, posset ab illo auferri per formam su-
peradditam, de eodem subiecto possent simul veri-
ficari duo contradictoria, scilicet unum accidentaliter, et ali-
ud essentialiter praedicaretur de subiecto: etenim esse pecca-
bilem essentialiter verificaretur; nam praedicatum naturae
essentiae veritatis est, quod de subiecto essentialiter veri-
ficatur; et simul esse impeccabilem accidentaliter, sive
esse impeccabilem verificaretur accidentaliter: hanc enim
denominationem participaret humanitas ab u-
nione hypostatica: ergo humanitas Christi Domini simul
esset peccabilis essentialiter, et impeccabilis, sive impec-
cabilis accidentaliter. Id insuper inductione suadetur.
Quia homo, qui essentialiter est rationalis, per nullam formam
superadditam, potest fieri irrationalis, ut iudicant omnes,
qui sanae mentis: homo est irrationalis: dicunt esse in ma-
remota, et eius veritatem esse impossibilem: ergo repu-
gnat hominem esse essentialiter rationalem, et simul esse acci-
dentaliter irrationalem, scilicet unum ex his praedicatis veri-
ficet de homine essentialiter, et aliud accidentaliter: et
eodem modo repugnat Petrum per suam essentiam esse
hominem, et simul esse non hominem per formam superadditam:
ergo similiter repugnat hominem esse essentialiter peccabilem,
et simul esse accidentaliter, sive contingenter impec-
cabilem per unionem hypostaticam superadditam.

Hoc argumentum minime fa-
vet Scoto. Etenim illud probat per nullam formam su-
peradditam sive extrinsecam, sive intrinsecam
posse humanitatem, quae ex se essentialiter peccabilis

est

ē, ~~posse~~ fieri accidentaliter impeccabilem; sed Scotus docet humanitatem Xpi reddi impeccabilem ratione Beatitudinis; imo et Beatos in patria ēē impeccabiles, quia summè diungunt Deo tam sm affectum iustitiae, qm sm affectum commodi, ut ipse Scotus loquitur: quae hoc argum.m potius est pro Scoto, qm contra Scoto militat: etenim si haec duo inter se pugnant: humanitas ē essentialiter peccabilis et impeccabilis accidentaliter ab unione hypostatica; etiam haec duo inter se pugnant: Beatus ē essentialiter peccabilis, et simul ē impeccabilis accidentaliter per Beatitudinem accidentalem, sive per manutentionem Dei

Res dicetur, cedendo sm syllogismum et neg.do cons.em, quam inde intendunt colligere, nempe, quod humanitas n̄ possit reddi impeccabilis per unionem superadditam: nam impeccabilitas superveniens n̄ repugnat, neque opponitur peccabilitati essentiali humanitatis, ac proinde peccabilitas essentialis, quae radicalis dicitur n̄ destruitur per impeccabilitatem contingenter supervenientem: imo in mea sententia n̄ destruitur peccabilitas ut ē pota proxima seu vis exp.e humanitatis ad peccandum. Ro ē. quia impeccabilitas, quam tribuimus humanitati Xpi Dni n̄ consistit, nec importat negationem peccabilitatis radicalis essentialis, nec negationem pot. proximae ra dicenda consequenter proxime sequenti: sed eatus ē impeccabilitas, quae ē quaedam necessitas ant. inferens infallibiliter peccatum n̄ esse futurum, sive futuram ēē causam pecati: et sic optime possint compati haec duo: humanitas ex se ē capax peccandi, imo gaudet pota proxima ad peccandum; et simul illi adē necessitas ant. inferens infallibiliter peccatum n̄ ēē futurum, sive futurum ēē causam pecati, inde provenit, quod eos amxere

oponant haec duo: humanitas est essentialiter peccabilis remotè, et absolutè impeccabilis stringenter. Inde patet solutio ad 1am maioris probationem.

Ad 2m nego seqm, quia est essentialiter rationalis, non posse esse essentialiter irrationalem; posse tamen esse proximè impotentem ratiocinari, sive proximè irrationalem per impedimentum ratiocinandi: quemadmodum homo essentialiter visivus est; et nihilominus potest reddi proximè impotens videre, sive caecus; quia impotentia ratiocinandi, et videndi per impedimentum superveniens non destruit potentiam radicalem et remotam ratiocinandi, et videndi, quae essentialis est rationali; et ideo ut haec propositio: homo est irrationalis; sit in materia remota, quatenus significat hominem identificari cum impotentia radicaliter ratiocinari, haec: homo est proximè irrationalis: sive impotens proximè ratiocinari est in materia stringenti, sicut et haec: homo est caecus. et utraque, si vera sit, est stringenter vera.

Ad 3m ex propriis nego antecedentem proprium essentiam esse hominem, et idem non posse esse non hominem per formam superadditam; quia id, per quod homo fieret non homo, destrueret essentiam hominis; et nequit essentia rei destrui per formam ipsi superadditam; et ideo repugnat, quod homo sit simul non homo. Peccabilitas vero cum sit duplex, ut prima remota, et prima proxima absolutè et simpliciter ad peccandum et non peccandum; itaque sit essentialis humanitati, haec vero accidentalis et stringens, inde fit, quod humanitas possit fieri impeccabilis, non impeccabilitate destruente peccabilitatem remotam, radicalem, et essentialem, sed peccabilitate destruente peccabilitatem proximam absolutè et simpliciter talem: et cum haec peccabilitas proximè consistat in forma superaddita

ditatori, ideo posse destrui per oppositam gratiam superadditam, et posse per illam humanitatem reddi impeccabilem; at contra posse esse simul essentialiter peccabilis remote, et proxime impeccabilis per aliquam gratiam superadditam.

## Sec. 5.a

### Argumenta, quibus nostra specialis de impeccabilitate Christi sententia impugnatur, occurrimus.

Obiicies 1.o Eatenus personalitas Verbi unita humanitati, foret ipsius impeccabilitas, quatenus ratione sui excellentissimus sanctitatis peteret dari humanitati, urgente praecepto, auxilia efficacia; sed non est de ratione excellentissimus sanctitatis petere dari humanitati, cuius est sanctitas, urgente praecepto, auxilia efficacia: ergo etc. Probatur minor quia ratio perfectissimae sanctitatis sufficienter salvatur ex eo praecise, quod non valeat componi cum ulla vel levissima culpa, licet possit dividi per peccatum; sed eo ipso, quod possit dividi per peccatum, non petit, urgente praecepto, auxilia efficacia: ergo non est intrinseca impeccabilitas.

Haec obiectio, sicut et alii subiiciendi, deservient, ut nostram sententiam clarius explicemus. Igitur ex dictis sec. 6. reo nos non dixisse humanitatem reddi impeccabilem formaliter ex eo, quod sanctificet perfectissima sanctitate, sed ex eo, quod etiam personalitas Verbi, etca perfectissima sanctitas conferat humanitati perfectionem, et independentiam ab usu libertatis ipsius: etenim cum personalitas Verbi intrinsece compleat humanitatem ex natura rei petit esse et servari perfectionem ad existentiam libertatis humanitatis; at proinde de facto ex ratione exigentiam naturalem comunicata fuit; at contra non posse de facto dependere in esse et servari ab usu libertatis

et petit auxilia efficacia, ne humanitas per peccatum possit dividi ab illa sanctitate, vel ne verbum peccet, si permittat peccare humanitatem, quam ut suam tenetur gubernare.

Obiicies 2°. quaecumque sunt possunt dicari dependenter à libera causa peccati ipsius, possunt esse componi cum potentia proxime libera, et expedita ad peccandum; sed unio hypostatica possunt dicari dependenter à libera causa peccati ipsius ut docuimus sec. 3.: ergo unio hypostatica esse possunt componi cum potentia proxime libera et expedita ad peccandum: probo quia vis dicet oppositioni etiam dependenter ab usu libertatis possunt esse componi cum libera potentia proxima, et expedita ad peccandum. Patet hic ultima comma. Contra si unio hypostatica humanitatis ad verbum, et potentia proxima libera et expedita ad peccandum possit aliqua ratione pro eodem instanti reali coexistere, non opponuntur inter se contradictorie formaliter vel virtualiter; sed forma de facto opponibilis cum potentia proxima libera et expedita ad peccandum, non possunt de facto esse forma impeccabilitatis: ergo unio hypostatica neque de facto possunt reddere humanitatem Christi impeccabilem.

Respondeo distinguendo maiorem: possunt componi cum potentia proxime libera et expedita ad peccandum in abstracto sumpta: omitto maiorem; in abstracto, quam in concreto sumpta: nego maiorem; et concessa minori, distinguo consequens: unio hypostatica esse possunt componi, si dicet oppositionem: [illegible] cum potentia proxima libera et expedita peccandi entitative et in abstracto sumpta: concedo consequens; in concreto, et ut denominante: nego consequens. Ad minorem subsumptam fateor formam impeccabilitatis

ee

ee incomplem cu pa libera pxima et expedita peccandi vt denominante, etiã reato sumpta, eé vo possibilem cum ipsa in abstracto sumpta. Ideo e. pxa impeccabilitatis, quæ de facto denoinat humanitatem impeccabile, vtique repugnat denoinationi potentie pxime libere et expedite peccandi, n vero virtuti quæ sm sua rata essentialia é indifferens et poté poni cu peccato, etiam car.a peccandi. quomodo a. hæc duo possint int se amicè cohærdere poni difficultas é diffe sequenti tractanda.

Obiicies 3o. Go. n é ro, cur humanitas absolute, etiã dependenter ab oi suppositione reddatur humanitas magis impeccabilis ab vnione cum Verbo Do. qm à gra quavis alia creata, quæ diceret essentialem repug.em cum quovis peccato etiam levissimo. Ratio, qa vtraque poté poni cum pa pxima ad peccandum: ~~Sed denig dependenter a car. neutra~~ neutra reddit humanitas impeccabilis, si vtraque coicet posteriori et dependenter à car.a libera peccati: et tandē humanitas ab vtraque redditur impeccabilis, si vtraque priori etiã dependenter ab exercitio libertatis coicet: go vnio hypostatica exte n é gra impeccabilitatis potiori de titulo, qm quævis alia gra habitualis sive existens sive poss.

Res neg.do cam. Nam magnum é discrimen int vnione hypostaticam, et gram habitualem etiam dicentē essentialem repugnam cum quovis peccato etiã levissimo: na gra habitualis etiam dicens essiale impossibilitatem cum quovis peccato etiam levissimo n petit ex na rei n dependere in ee et conservari

ab exercitio libero humanitatis; unio vero hypo-
statica petit ex natura rei non dependere, ac proinde petit [in esse et conservari]
ex natura rei produci [et conservari] independenter ab operationi-
bus humanitatis; quia cum ex natura rei prius sit hu-
manitatem afficere substantialiter, quam ipsam
operari accidentaliter, et unio hypostatica substan-
tialiter afficiat, communicando personalitatem Verbi
humanitati, gratia vero illa habitualis non afficiat
substantialiter humanitatem, inde fit, quod gratia
illa habitualis non petat ex natura rei praecedere ad
operationes humanitatis, unio vero hypostatica
petat ex natura rei praecedere ad illas: et inde etiam
fit, quod unio hypostatica prae gratia habituali petat
esse ratio impeccabilitatis.

Instabis. Ergo humanitas Christi
Domini tantum ex natura rei, etiam absolute et simpliciter
et relative ad potentiam Dei jam fit impeccabi-
lis per unionem hypostaticam. Respondeo negando consequentiam.
Nam aliud est, unionem hypostaticam tantum ex natura
rei exigere esse priorem sive prius prioritate ad omnem
operationem humanitatis, et aliud, ipsam,
semel communicatam prius prioritate petere tamen ex natura rei
carentiam peccati, ut ex ipsis terminis liquet: primum ve-
rum est, et a nobis adstruitur: secundum falsum est, et a
nobis rejicitur: nam unio hypostatica, quae tamen
ex natura rei petit communicari independenter in esse,
et conservari ab usu libertatis humanitatis, si,
semel ponatur prius prioritate, fit independens in esse
et conservari ab operationibus humanitatis in-
fert essentialiter carentiam peccati, et reddit huma-
nitatem etiam divinitus impeccabilem. Idque
confirmo exemplo visionis Dei, quae licet non exigat
esse prius prioritate, si tamen prius prioritate ad omnem liberam hu-
manitatis operationem conferatur, reddit illam

ex na

na rei rei vel essentialiter impeccabilem, quod fuerit ipsius oppositio cum peccato.

Obiicies 3.o gratia habitualis, quamvis infundatur in 1.o instanti esse, ut contingit in parvulis, independenter ab exercitio libertatis; nihilominus non est causa impeccabilitatis; quare dependet in conservari à car.a peccati sed unio hypostatica

~~Obiicies 4.o Impeccabilitas~~ Unio

ab

Obiicies 4.o unio hypostatica eatenus per nos est impeccabilitas humanitatis Christi Domini, quatenus illi exigit, urgente praecepto auxilia efficacia; sed eo ipso quod sit impeccabilitas humanitatis quatenus exigit hoc aliquo auxilia efficacia, est impeccabilitas dependens ab usu libertatis: ergo est impeccabilitas dependens ab usu libertatis; sed impeccabilitas dependens ab usu libertatis non est impeccabilitas simpliciter: ergo unio hypostatica non est impeccabilitas simpliciter, ac proinde non reddit humanitatem Christi Domini absolute et simpliciter impeccabilem. Probatur minor syllogismi. Eo ipso quod unio hypostatica sit impeccabilitas humanitatis, quatenus exigit, urgente praecepto, auxilia efficacia, dependet à scientia media Dei de efficacia auxiliorum, sed scientia media Dei est consequens usum libertatis humanae ergo unio hypostatica haec est impeccabilitas humanitatis est sequens usum libertatis humanae. Confirmatur. Si unio hypostatica dependeret in exigendo à gratia absoluta vel conditionata Dei de honesto exercitio libertatis humanae, non redderet humanitatem Christi impeccabilem, tolleret essentialem incompossibilitatem cum peccato; sed repugnantia unionis hypostaticae cum peccato fundatur

ficaciam in exig., qua postulat humanitati conferri auxilia per sciam Dei mediam, ipsa efficacia, dependeret a scia Dei conditionata, et ab usu libertatis hum.: ergo unio hypostatica non reddit humanitatem Xpi Dni simpliciter impeccabilem. Maior videtur certa, et nititur à paritate impeccabilitatis definitionis efficacis D.i; quae, quia dependet à ipsa scia conditionata de opere libero humano impeccabilitas in voluntate humana. Minor v.o ostenditur. Quia unio hypostatica non valet exigere, nisi Deus provideat per sciam mediam, non defutura auxilia efficacia quibus humanitas Xpi honeste operetur. Ergo exigentia unionis hypostaticae non minus dependet, quam definitio efficax D.i a ipsa scia conditionata auxiliorum efficacium: ergo &c.

Dico, concessa maiori, distinguendo minorem: é impeccabilitas dependens ab usu libertatis in essendo, sive existendo: nego minorem: in inferendo: concedo minorem: et sub eisdem terminis distinguendo consequens. Insuper distinguo minorem subsumptam

Dico, concessa maiori, distinguendo minorem: é impeccabilitas dependens ab usu libertatis in essendo, sive existendo: nego minorem: in inferendo: concedo minorem; ad cuius probationem, distinguo maiorem: dependet in essendo a scia media Dei de efficacia auxiliorum: nego maiorem: dependet in inferendo: sub distinguo dependet in inferendo absolute hic auxilia tanquam determinate: nego: conditionate, vel sub conditione, quod adsit praeceptum seu Deus velit imponere praeceptum suae humanitati: concedo maiorem. Ad confirmationem, concessa maiori, nego minorem

Etenim unio hypostatica ut de facto à Deo producta et decreta fuit, non dependet à scia

Dei

Dei absoluta vel conditionata de bono usu libertatis Humanitatis Christi Domini; dependet tamen

Etenim unio hypostatica in sua prata intrinseca considerata non habet essentialem dependentiam à Scientia Dei absoluta vel conditionata de bono opere libertatis Humanitatis Christi Domini; imo nec decretum de ea fuit dependente à tali scientia; ac proinde non subsequitur, nec habet posteriorem ad illam in essendo, sive existendo; dependet tamen à Scientia Dei media de bono usu libertatis Humanitatis Christi Domini in inferendo hæc auxilia congrua decretatæ, non absolute, sed sub conditione, quod adsit præceptum, seu Deus velit imponere præceptum humanitati Christi Domini, vel dare consilium, cuius transgressio sit moralis imperfectio. unde valde differt unio hypostatica à prædefinitione Dei de bono opere sub hoc decretatè auxilio; nam prædefinitio dependet essentialiter in essendo à Scientia media de bono opere sub hoc decretatæ auxiliæ; unio vero, et exigentia auxilii efficacis cum ipsa identificata minime dependent ab usu libertatis humanæ, neque à Scientia Dei media de ipso; tamen vero in exactius ab unione, sive tamen, quem inferat, utique dependet ab usu libertatis humanæ etiam Scientia Dei media de illo. Plura hic possem addere, quæ inter explicandam concordiam libertatis humanitatis Christi Domini cum ipsius impeccabilitate alibi exponam.

~~Respondeo secundo unio hypostatica~~

Obiicies 5°. Gratia habitualis in 1° sui esse infunditur parvulis independenter ab usu libertatis, et tamen quoad in conservari dependet à cooperatione, alias non esset impeccabilitatis: ergo et unio hypostatica in 1° sui esse convenit humanitati Christi Domini independenter ab usu libertatis, absolute non

ē fra impeccabilitatis. Probatur cons. quia ex eo, quod unio hypostatica in 1.o sui esse dependeat ab usu libertatis, non infertur, quod non dependeat in conservari; sed si dependeat in conservari ab usu libertatis absolute non ē fra impeccabilitatis, ut nos docuimus sec. 3.o &c.

Haec obiectio tangit quaestionem in hac materia non ignobilem, quam breviter dissolvam. Rogatur: an unio hypostatica ita inamissibilis sit per peccatum, ut semel habita, etiam dependenter à causa peccati in 1.o sui esse, non possit amitti in sequenti instanti per peccatum ab ipsa humanitate commissum.

Pars videtur pars affirmativa insinuata tum traditur ab Authoribus: qui clarius loquuntur ita discurrunt. Unio hypostatica optimè posse in 1.o sui esse dependere à priori à causa peccati: et tunc quando pro prima peccandi intelligitur in humanitate, nondum intelligitur unio hypostatica; et ideo tunc non posse esse ab a priori cadentis peccati, sed potius ex causa peccati praevisa decrevit Deus tribuere posteriori unionem; at vero eo ipso quod unio existat in 1.o instanti acquirit ius, ut Deus in sequentibus instantibus ad operationes unione ipsa posteriores non tribuat Deus suam concurrendam cum peccato; ac proinde ut conservet, quia dependeat à priori à causa peccati; sed tamen dependeat à posteriori à causa peccati, quae numquam per sequentibus instantibus insurgat. Unde provenit, quod licet exigentia unionis potuerit impediri per peccatum humanitatis, semel tamen habita essentialiter exigat, ne per sequenti

bus

bus conferant humanitati auxilia ingratia; quod satis sufficiens est, ut sit non a priori impeccabilitatis pro sequentibus instantibus.

Nec nova debet videri haec Doctrina. Nam visio Beata potest 1.º produci, et conferri in praemium observationis praecepti, et carentiae peccati; et tamen semel producta est non a priori inferens carentiam peccati, et observationem praecepti. Item Angelus, visio Dei, et aliae entitates supremi, quae sunt indestructibiles suapte natura, non habent talem exigentiam quoad 1.am productionem, sive in 1.º instanti pro primo instanti; sed quoad conservationem, sive in 1.º instanti pro sequentibus: ergo etiam unio hypostatica producta in 1.º instanti pro posteriori ad carentiam peccati, ut non sit non a priori carentiae peccati pro illo instanti, potest tamen in illo instanti 1.º esse non a priori carentiae peccati pro sequentibus instantibus.

Ut meam in praesenti difficultate mentem

## Sec. 9.a

### An unio hypostatica semel habita sit de inceps peccato irremissibilis.

Suppono 1.º unionem hypostaticam 1.º productam in instanti A posse divinitus in sequentibus instantibus destrui à Deo pro suo libero et supremo dominio, id decernente absque ullo peccato sive demerito humanitatis assumptae. Suppono 2.º humanitatem, soluta unione ipsius ad Verbum posse peccare etiam in 1.º instanti reali, in quo unio hypostatica incipit non esse. Hoc est. quia in eo instanti, in quo iam non existit unio, nihil remanet in humanitate quod eius peccatum impediat. Suppono 3.º unionem hypostaticam semel productam esse ex natura rei indestructibilis

Disp. 2a

# De concordia libertatis Xpti Dni cum eius intrinseca impeccabilitate.

## Sec. 1a

## Status quaestionis, et variae sententiae quae ~~referunt~~ concordiam ~~et impugnant~~ meditantur restituuntur

Suppono 1o Xpti Dni humanam voluntatem fuisse proprie, et perfecte liberam in suis actibus exercendis. Hoc supp° de fide é. Ego pono, inquit Xptus Dnus Joan. c. 10, animam meam; nemo tollit eam à me; sed ego pono eam à me ipso. Idem jam dixerat Isaias c. 53: oblatus est; quia ipse voluit: ubi satis ad rem D. Hieronymus: non necessitate, sed voluntate crucem subiit.

Suppono 2o libertatem actus voluntatis Xpti Dni, non esse praecise libertatem ut oppositam coactioni, sed etiam ut oppositam necessitati, ac proinde voluntatem humanam Xpti Dni ut liberam importare indifferentiam, et potestatem proxime operandi, et non operandi. Hoc supp° etiam é de fide. Ait n. Xptus Dnus ubi s.a: potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam: quae verba de hac potestate libera indifferentiae intelligunt Concilia et Patres. Ro vo in promptu é. 0a de re liberi arbitrij, quod Xpto Dno Scriptura, Concilia, et Patres attribuunt, haec potestas et indifferentia é.

Suppono 3o Xpto Dno fuisse à Pre impositum praeceptum de subeunda morte pro hominum redemptione. Id etiam satis perspicue colligitur ex verbis, quae Xptus Dnus passionis subiungit, vlt: hoc mandatum accepi à Patre. Idem saepius declaravit, et praecipue Joan. c. 14. ut cognoscat Mundus; quia diligo Patrem; et sicut

mandatum dedit mihi Pater, sic facio.

Suppono 4.º praeceptum Patris Vg. de morte subeunda fuisse decretum in rigore circumstantias: id deponant ea verba: sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.

Suppono 5.º praeter praeceptum de morte subeunda, alia natura intrinsecè indispensabilia positiva, et negativa fuisse liberè adimpleta à Xpo Dno x.º id Joan. c. 15. Et ego Patris mei praecepta servavi; et maneo in eius dilectione. Suppono 6. aut permitto, non disputo, aliqua praecepta non posse à Deo dispensari.

His positis, è difficultas. quomodo Xpus Dnus potuerit liberè adimplere praecepta etiam natura, et intrinsece indispensabilia: et exempli gratia loquimur de praedicto praecepto moriendi. triplex apparet titulus excludens libertatem Xpi in adimpletione huius praecepti. Primus è scientia infallibilis, qua Xpus Dnus praevidebat actus a se eliciendos internos, et externos. Secundus est visio Beatifica. Tertius è impeccabilitas intrinseca, quam in Xpo Dno admittendam ratio ee docuimus. In hac difficultate superanda plures praecipuè egregiam operam navarunt, atta non aeque felici eventu.

Prima sententia tradit Xpum Dominum liberè adimplevisse praeceptum; quia licet non potuerit omittere mortem in sensu composito praecepti, potuit in sensu diviso, justitiae quod sufficit ad libertatem actus moriendi: etenim non aufert usus libertatis, quando voluntas non potest non morii in sensu composito praecepti, quando etiam non potest in sensu diviso. Ita Mag.º Alvarez de Incarn.º disp. 46 n.º 8. Gonet disp. 21. art. 3. § 3. et

contra PP. Dominicani.

Hæc Doctrina, quæ etiam contra ipsi Dominicani Præmotores pro defendenda Libertate sub physica præmotione, ipsæ a nobis rejecta est; et ipsis, Deo dante, rejicietur, et nunc merito rejicitur. Quia hac positione præcepti est necessitas simpliciter antecedens ad mortem subeundam; sed necessitas simpliciter antecedens destruit libertatem, ut per se patet: Ergo Maior etiam est certa. Nam præceptum impositum ratione sui est independens à Christi voluntate: etiam humanitate Christi non datur potestas ad impediendum præceptum, neque ad iungendam cum præcepto omissionem mortis: Ergo.

5.

2ª Sententia considerat Christi Dominus, imposito præcepto, potuisse mori, et simul potuisse pure omittere mortem; non vero potuisse eligere actum positivum non moriendi: quo posito: Christus Dominus ita moritur, ut possit non mori; atque inde libere moritur: alioquin non posse peccare; quia cum tamen potuerit pure omittere mortem; quia pura omissio non est peccatum, siquidem non est actio voluntaria et libera; et peccatum debet esse actio voluntaria, et libera, inde fit, quod non potuerit peccare. Ita Caietanus 1. p. q. 33 a. 9, et alii Thomistæ apud Suarez dispe 37. sect. 3; et etiam alii antiquiores relati à Durando in 2 dist. 35. et Granado disp. 62 sect. 3. Eamque sententiam ut satis probabilem defendit.

Mihi autem displicet 1º quia omissio rei præceptæ in se non sit peccaminosa, saltem in actu reflexo, a quo ea causatur: in omissione rei præceptæ non adest certo peccatum omissionis: quod sane intolerabile est; et probatur; quia non constat certo, an intercesserit actus positivus reflexus causans omissionem: ergo dispe omissio rei præceptæ non causat actu reflexo,

quo

quo omittere velit non observare præceptum: si abalio cum deliberate rem vel honestam, vel quamcumque alia diversa malitia impositam cum observatione præcepti quamquam id raro erit peccatum contra præceptum.

3a Sententia docet Christum Dominum libere mortuum fuisse, quatenus licet non habuerit libertatem quoad substantiam actus, habuit quoad circumstantias loci et temporis, motivi, intensionis actus &c. Huius sententiæ præcipuus Patronus fuit Pater Vasquez disp. 49; eamque plures, licet diversis semitis, sequuntur. Nonnulli credunt sufficere ad Christi Domini meritum, et libertatem ipsius potuisse e duobus actibus inæqualibus unum pro alio eligere. Ita Pater Heriçe t. 9. tra 2o disp. 18 Pater Montoya in disp. 9 Pater Ripalda disp. 44. Pater Sagaz ... disp. 14. disp. 3. Pater Ortega disp. 1. q. 3. Certam. 3. ... de merito Christi. Alij vero opinantur, ut Pater Val. Pater ... prædictus Montoya, et alij Christus Dominus libere subiisse mortem; quia potuit ex hoc illo motivo acceptare mortem. 3o Alij ... apud Alderete, cui etiam placet: quia præceptum Patris reliquit Christo liberam temporis electionem: et hoc titulo libertatis fuit Christus liber quoad substantiam actus; nam in eius potestate erat hoc illo tempore totam substantiam actus elicere vel non elicere; et ideo meruit quoad substantiam moralem actus.

Ultima sententia aliorum, qui iudicant Christus Dominum libere obedisse; quia præceptum non obligabat ad acceptandam mortem in hoc instanti non impediebat acceptatio mortis pro illo instanti destinato: nec præceptum ingerebat necessitatem moriendi pro tempore ... nam in eo ... poterat Christus petere et impetrare dispensationem præcepti. Unde cum ... poterat absolute et simpliciter

quamquam

in qua acceptare mortem; ille actus, quo acceptavit mortem ante instans, in quo sacrificium vigebat, fuit liber etiam quoad substantiam. Ita Dn Card. de Lugo disp. 26 sec. 8.

